

# Forgotten Books

— [www.forgottenbooks.com](http://www.forgottenbooks.com) —

Copyright © 2016 FB &c Ltd.

All rights reserved. No part of this publication may be reproduced, distributed, or transmitted in any form or by any means, including photocopying, recording, or other electronic or mechanical methods, without the prior written permission of the publisher, except in the case of brief quotations embodied in critical reviews and certain other noncommercial uses permitted by copyright law.

<sup>o</sup>  
MONUMENTA HISTORICA SOCIETATIS JESU  
z  
A PATRIBUS EJUDEM SOCIETATIS EDITA

EPISTOLAE

PP. PASCHASII BROËTI, CLAUDII JAJI,  
JOANNIS CODURII ET SIMONIS RODERICII

SOCIETATIS JESU



████████████████████



# EPISTOLAE

PP. PASCHASII BROËTI, CLAUDII JAJI,

JOANNIS CODURII ET SIMONIS RODERICII

SOCIETATIS JESU

EX AUTOGRAPHIS VEL ORIGINALIBUS EXEMPLIS

POTISSIMUM DEPROMPTAE



MATRITI


TYPIS GABRIELIS LOPEZ DEL HORNO

via S. Bernardi, 92.

1903

C 423.5.12

~~III. 9294~~



*Miss. Fund*

### SUPERIORUM APPROBATIO

Cum opus, cui titulus est: *Epistolae PP. Paschasi Broëti, Claudii Jaji, Joannis Codurii et Simonis Rodericii, Societatis Jesu, ex autographis vel originalibus exemplis potissimum depromptae*, aliqui ejusdem Societatis revisores, quibus id commissum fuit, recognoverint et in lucem edi posse probaverint, facultatem concedimus ut typis mandetur, si ita iis ad quos pertinet, videbitur.

In quorum fidem has litteras, manu nostra subscriptas, et sigillo muneris nostri munitas, dedimus.

Matriti, 14 Aprilis 1903.

JACOBUS VIGO,  
Praep. Prov. Tolet.

---

Imprimatur.

Matriti, die 5 Junii 1903.

† VICTORIANUS Episcopus  
Matriten. et Compluten.

**EPISTOLAE**  
**P. PASCHASII BROËTI S. J.**





# PRAEFATIO

---

Quicumque nostrorum MONUMENTORUM diversas series per-  
volutaverit, intimam, quae inter illas exstat, connexionem per-  
spiciat necesse est. Cum enim maxima eorum pars ad tempus  
sancti Ignatii spectent, totus hic monumentorum apparatus, vel  
sunt epistolae seu scripta ignatiana, vel litterae ad ipsum Socie-  
tatis conditorem datae, vel alia documenta ad ipsum, seu ad res  
ab ipso patratas, quomodocumque pertinentia. Hinc fit ut eadem  
negotia frequentissime in tribus hisce monumentorum generibus  
pertractata reperiantur; ac proinde unumquodque genus ex reli-  
quis mirifice illustrari ac nova luce perfundi videatur.

Ex his facile conspicitur optimam litterarum sancti Ignatii  
illustrationem ex litteris ad ipsum datis potissimum desumendam  
esse, prout in praefatione *Epistolis Mixtis* apposita opportune  
animadvertimus <sup>1</sup>. Inter epistolas autem ad Ignatium missas, lit-  
terae novem ejus sociorum, qui una cum eo prima Societatis fun-  
damenta jecerunt, principem locum jure merito sibi vindicant.  
Et re quidem vera nemo non videt quanti sint momenti epistolae  
xaverianae ad incunabula Societatis Jesu in Indiis orientalibus  
pervestiganda; quantum epistolae B. Petri Fabri conferant ad  
primaevae Societatis gesta in Germania et in Hispania digno-  
scenda. Eodem pacto orientis Societatis historia, Broëti, Jaji, Ro-  
dericii, Codurii, Lainii et aliorum, qui ejusdem sacrae religionis  
velut primae columnae et sustentacula extiterunt, litteris aliisque  
monumentis mirifice collustratur.

Igitur quamvis *Monumentis Ignatianis* in lucem proferendis  
operam assiduam demus, non idcirco caeterorum editionem pro-  
crastinandam existimavimus. Illam potius properandam, et ipsa

---

<sup>1</sup> Cf. *Epist. Mixtae*, I, 10.



*Monumenta Ignatiana*, quorum illa alia sunt velut complementum, et nostrorum placita moderatorum, et sodalium historiae operam navantium desideria requirebant.

Editis proinde B. Fabri et S. Xaverii epistolis, operae pretium duximus caeterorum S. Ignatii sociorum monumenta typis mandare, a litteris Broëti, Jaji, Codurii et Rodericii exordientes, quas simul in hoc volumine ex ordine et separatim digestas exhibemus.

Et haec quidem de monumentis sociorum S. Ignatii generatim praelibasse sufficiat. Jam ad P. Paschasii Broëti epistolas gradum faciamus, primo de earum copia et natura; secundo de earum argumentis; tertio de ratione hujus editionis breviter disserentes.

#### I.—EPISTOLARUM NUMERUS ET NATURA

Non omnes P. Paschasii Broëti epistolae ad S. Ignatium, P. Lainium et ad alios datae asservantur. Multae proculdubio, vel temporis injuriâ perierunt, vel, ob Galliae perturbationes et bella, in via interceptae, vel quomodocumque amissae, ad nos minime pervenerunt. Inde factum est, ut tota epistolarum Broëti seges ad sex et septuaginta reducatur; quas tamen summo pretio habendas censemus, tum quia omnes fere sunt autographae, tum quod in ipsis, et Societatis primordia in Gallia, et Paschasii mira prudentia, fortitudo et ingenua simplicitas, velut in imagine depicta, conspiciantur.

Accedunt in appendice quinque supra viginti monumenta, partim epistolae Broëto datae, partim documenta, ad res in iisdem epistolis contentas spectantia. Haec autem vel sunt autographa, vel archetypha, vel saltem ex apographis coaevis deprompta et, paucis demptis, hactenus inedita.

De harum autem epistolarum natura illud animadvertendum est, maximam earum partem esse litteras ex officio ad praepositos generales Societatis, Ignatium et Lainium, datas, in quibus Paschasius, cum rerum a se gestarum rationem reddit, tum gendarum normam exquirat, tum etiam exitum negotiorum vel fructum ex laboribus perceptum exponit. His litteris intermiscen-



tur nonnullae quadrimestres, partim ad tempora S. Ignatii pertinentes, et in nostra quadrimestrium collectione prætermissae, partim ad seriora tempora spectantes, sed omnes ab ipso Paschasio vel ab aliis ejus nomine scriptae.

His addenda sunt monumenta diversi generis, licet numero pauciora, epistolis interjecta, vel in appendice posita, v. g. votum, quo Paschasius Ignatium ad munus praepositi generalis eligendum nominat, catalogus sociorum parisiensium ab eodem Paschasio Romam missus, informationes de nonnullis sociis, litterae apostolicae a Paulo III Paschasio et Salmeroni datae et alia similia, quae in indice monumentorum praesto sunt.

## II.—EPISTOLARUM ARGUMENTA

Ut res in epistolis Paschasii enarratae melius intelligantur, praecipua hujus egregii viri gesta ad mentem revocare juvabit; quae quidem in tres totius vitae illius periodos commode disper-  
tiri possunt. Prima quidem ab ejus ortu ad Societatis Jesu confirmationem (1500-1540). Altera autem a confirmata Societate ad Paschasii profectionem in Galliam (1540-1552). Tertia tandem Paschasii gesta in Gallia usque ad ejus obitum complectitur (1552-1562). Quas vero reperire potuimus, nostri Paschasii litterae, ad secundam et tertiam vitae ejus partem referuntur. De quadraginta primis ejus vitae annis nullum, quod sciamus, monumentum ab ipso exaratum nobis transmissum est.

Broëti patria Gallia fuit; ejus natale oppidum, Bertrancourt, quod ad dioecesim ambianensem spectat, et quinque tantum leucis ab urbe Ambiani dissitum est. Liberalibus et ecclesiasticis disciplinis ea in urbe excultus, ibidem sacerdotio initiatus fuit anno 1523. Paulo post, salutis proximorum provehendae cupidus, Parisios se contulit, ut in ea academia sacris disciplinis perfectius exornaretur. Ibi Ignatio sese adjungens, in Societate Jesu instituenda cum sociis operam assiduam collocavit.

Societate a Paulo III pontifice confirmata, solemnem quatuor votorum professionem, die 22 Aprilis anno 1541, Romae, ad sancti Pauli extra muros, cum Ignatio et sociis nuncupavit. Sequenti anno nuntius in Hiberniam cum Salmerone ab eodem pontifice



missus, ecclesiae causam, multis laboribus et vitae periculis exantlati, in illa insula egregie defendit, prout in ejus epistola sub n. 2 posita fuse enarratur.

Romam reversus, plura Italiae oppida lustravit, nullis parcens laboribus, nullis fractus adversitatibus, ut homines vitiorum coeno educeret et ad christianae vitae perfectionem promoveret. Regiense sacrarum virginum coenobium, a religiosa disciplina misere collapsum, summa dexteritate reformavit (epist. 3, 4). Faventinos cives, qui partim a christiana morum probitate, partim a catholicae fidei integritate defecerant, tribus fere annis (1544-1547) summo labore excoluit, nulli non generi hominum consulens, ut omnes ad Christi ovile et ad virtutis semitam reduceret (epist. 5-9).

Faventia Bononiam ante mensem Martium anno 1547 transgressus, et Meldulam ad tempus excurrens, discordias inveteratas e nobilium cordibus evellit, episcopi vicarium in dioecesis reformatione adjuvat, virgines ad perfectiorem vitae rationem inducit, parochos, sacerdotalis dignitatis oblitos vitiisque carnis inquinatos, ad castimoniae observantiam revocat, multos ex omnibus civium ordinibus per ignatianas exercitationes ad virtutum apicem perducit, collegii sibi ab Ignatio commissi curam indefessam gerit, illiusque progressum, tum in litteris, tum in virtutibus, tum etiam in re familiari omni studio promovet (epist. 10-17, 19).

Cum autem Hercules II de Este, dux Ferrariae, Societatis collegium ea in urbe institui postulasset, P. Paschasius, evocatus ab amico Augustino Musto, qui duci erat a secretis, eo se contulit anno 1551 mense Aprili, cum magistro Joanne de Victoria; cumque aedes aptae pro novo collegio non suppeterent, in domo conducta gymnasium stabilire statuit, donec sedes opportunae reperirentur (epist. 18). Bononiam rediit, et paulo post, cum septem sociis Roma missis, Ferrariam denuo se contulit, ut novi collegii initia moderaretur. Ordinis in eodem servati, in scholarum exercitiis, et in magistrorum et alumnorum officiis, rationem Ignatio retulit anno 1551 ad finem vergente (epist. 20).

Collegio ferrariensi ad ordinem redacto, cum gymnasiolorum



Societatis in Italia numerus major evasisset, quam ut ab Ignatio commode gubernari possent, eorum curam, demptis mamertino, panormitano et neapolitano, sanctus Parens Paschasio demandavit, provincialis titulo ei collato, qui primus in Italia eo nomine insignitus fuit.

Cum autem P. Joannes Viola, qui sociis parisiensibus praeerat, adversa semper valetudine laboraret, et aliunde difficilia tempora, quibus Societas in Gallia exercebatur, virum summa prudentia nec vulgari scientia et virtute praeditum requirerent, nullus nostro Paschasio aptior, qui illi provinciae praeficeretur, ab Ignatio repertus est. Eidem igitur hoc munere ab Ignatio commisso, tertia die Junii anni 1552, Galliae iter Paschasius arripuit, et Lutetiam Parisiorum decima quinta ejusdem mensis ingressus est (epist. 21).

Decem annis et tribus mensibus Galliae provinciam Paschasius summa prudentia et indefesso labore moderatus est, a die, scilicet, decima quinta Junii anni 1552 ad quartam decimam Septembris anni 1562, qua meritis et virtutibus quamplurimis exornatus ad superos evolavit. Toto hoc temporis spatio, si duos fere annos, Romae in electione praepositi generalis, vel in itineribus consumptos, excipiamus, summa et perseveranti diligentia Romam ad praepositum vel ad vicarium generalem semel singulis mensibus scribere consuevit, rationem rerum a se gestarum reddens. Et quamvis multae ex his epistolis interierint, tamen, ex regestis Romae asservatis, et ex aliis monumentis, Paschasium statis temporibus scripsisse, ejusque plures litteras Romam pervenisse, nobis innotescit <sup>1</sup>.

Porro harum argumenta epistolarum ad quatuor capita redu-

---

<sup>1</sup> Nullas, exempli causa, anno 1554 a Paschasio datas litteras habemus; et nihilo secius eum S. Ignatio diebus 12 Februarii, 2 Martii, 3 Aprilis, 5 Maji, 2 Junii, 1 et 2 Augusti, et 6 Novembris, scripsisse compertum est (Regest. II, 102v, 118v, 135, 252; et III, 2). Et die 5 Junii ejusdem anni ~~habe~~ *Labe* nomine S. Ignatii referebantur: «Del P. Pascasio saprà V. R. come ancora si ritroua a Parigi, doue molto s' affatica nel servizio di N. S.; et quasi ogni mese riceuiamo lettere di S. R., et l' ultime sono di 5 del passato.» (Regest. II, 118v.)



cuntur, nempe: 1.º ad regimen provinciae vel collegiorum Galliae; 2.º ad ministeria erga proximos, fructusque ex iisdem perceptos; 3.º ad persecutiones, quibus Societas in Gallia impetebatur; 4.º ad generales Galliae perturbationes et bella intestina, quae id tempus totum illud regnum misere afflictabant.

Quod autem ad 1.<sup>um</sup> attinet, mirum sane quanta prudentia res provinciae administraverit, episcopi claromontani, doctoris Picardi et aliorum amicitiam conservaverit, selectos ad Societatem juvenes attraxerit, sociosque sibi commissos mira affabilitate et amore ad religiosam perfectionem verbo et exemplo permoverit (epist. 22-28, 45, 50, 67, 68, 72-74). Collegiorum parisiensis, bil-lomensis, apamiensis, turnonensis et aliorum institutionem, nullis potentissimorum adversariorum obluctationibus territus, invicta constantia promovere, sociorum numerum augere, valetudinem curare, consolationem fovere nunquam destitit (epist. 32, 35, 37, 45, 48-53, 60, 68, 73, 74). Si autem aliquis ex sodalibus suae curae commissis ab incepto vitae proposito deficeret, incredibili bonus Pater dolore afficiebatur, et illius defectionem summa animi demissione sibi imputabat, poenamque a suo praeposito sibi imponi postulabat (epist. 62, 68). Tandem, ad instar boni pastoris, pro grege sibi commendato mortem oppetere non recusavit, sese pestifero morbo exponens et subditos ad regiones a contagione liberas mittens. Et ne quisquam domi contactu rerum, quibus ipse usus fuerat, inficeretur, illas summa diligentia notavit paulo antequam vita excederet in illa schedula autographa, die undecima Septembris anni 1562 exarata, quae egregium charitatis, fortitudinis, modestiae aliarumque Paschasii virtutum monumentum nobis exhibet (n. 76). Nemo proinde mirabitur tam egregium virum Ignatio, Fabro, Lainio caeterisque sociis summo opere charum extitisse, eximiisque laudibus ab iisdem et ab aliis magnae auctoritatis hominibus cumulatum fuisse (append. nn. 1, 2, 3<sup>bis</sup>, 13, 14; et *Monum. Ignat., Epist.*, I, 599, 600.

2.º Quod ad ministeria erga externos attinet, cum paucos operarios Societas Parisiis numeraret, totum fere pondus laboris Paschasius sustentare cogebatur. Itaque, praeter provinciae et collegii parisiensis administrationem, multorum externorum con-



fessionibus aures praebere, ignatianis commentationibus complures diversorum ordinum homines exercere, quorum aliqui ad Societatem animum adjecerunt, infirmos et moribundos invisere et spiritualibus auxiliis opem et solatium ipsis praebere, aliaque charitatis ac misericordiae erga proximos opera praestare non cessabat. Fructus autem ex tantis laboribus collectos ipse Paschasius in variis epistolis praeposito generali datis enarrat, et quadrimestres ejus nomine Romam missae saepius referunt (epist. 25, 27, 28, 39, 40, 42, 46, 55).

3.<sup>o</sup> De persecutionibus, quibus toto decennio regiminis P. Paschasio obnoxia fuit Societas, multa ipse in suis epistolis persequitur, in quibus haud facile quis decernere queat quid mirabilius appareat, an inimicorum Societatis pertinax livor et invidia, an Paschasio mansuetudo, patientia et animi fortitudo. Invehebantur in Societatem senatus parisiensis, facultatis sorbonicae doctores et episcopus Eustachius Bellaius; calumniis per vulgus passim disseminatis, fama sociorum impetebatur; convicia interdum in os ipsius Paschasio inferebantur (epist. 28-31, 33, 34). Prodiit tandem in Societatis perniciem decretum illud facultatis theologicae parisiensis, die 1 Decembris anni 1554 datum, cujus stultitiam admirans doctor de Monte «nunquam sibi in mentem venire potuisse fatebatur decretum tot mendaciis et calumniis plenum, a Theologica Facultate contra nostros egredi potuisse<sup>1</sup>». Hoc autem decretum initium fuit novarum vexationum et insectationum contra Societatem. Quae quidem eo erant Paschasio acerbiores, quo ab ipso antistite parisiensi potissimum proveniebant, qui sane, pro sui muneris sanctitate, innocentes et injuste divexatos religiosos in sua dioecesi tueri ac defendere tenebatur. Ille potius omnium odia in ipsos acuere, rebellionis apud regium procuratorem eos accusare, sacerdotes totamque academiam parisiensem contra illos concitare, ne ipsis legata claromontani praesulis obvenirent impedire, omni tandem conatu Societatis approbationi obsistere nitebatur. Vix credi potest quantum laboris et aerumnarum nostro Paschasio in tantis adversitatibus per-

<sup>1</sup> POLANCUS, *Chron.*, IV, 330.



ferendum fuerit, quantum pro regis Galliae, reginae et principum benevolentia Societati concilianda insudaverit. Ejus tandem et Pontii gestionibus impetrata fuerunt, et decretum senatus parisiensis pro Societate contra canonicos et consules billomenses, et litterae patentes regis, quibus eadem Societas commendabatur (epist. 36-38, 46-48, 56, 57, 60, 61, 63, 65, 67, 69, 72, 73; append., nn. 10, 15, 18-20, 23, 24).

4.<sup>o</sup> Multa quoque de Galliae publicis perturbationibus et de haereticorum contra catholicam religionem machinationibus, sacrilegiis ac caedibus in Paschasii epistolis attinguntur. Lugebat bonus ille animarum venator miserandam stragem, quam in catholicorum agmina inferebant assiduae haereticorum conciones ac conventicula, sive clanculum in silvis, in cavernis et in domibus, seu propalam in plateis et viis publicis celebrata. Remedium tantis calamitatibus afferri posse putabat Paschasius per P. Lainium, Societatis praepositum, si decretum a pontifice dari procuraret, quo episcopi et parochi ad residentiam sub poena excommunicationis tenerentur (epist. 49). Preces item in Societate pro Galliae salute Deo offerri frequenter in suis litteris postulat. Dolet catholicos concionatores non valere, sine vitae periculo, religionis dogmata defendere, effrenam novatoribus libertatem publico regis edicto concessam, divorum simulacra publice combusta, sacra Dieppae abolita, seditiones populares in multis civitatibus quotidie repetitas, coenam more calvinistarum, praesente cardinali Odetto Castellione, peractam, sacerdotes uxoratos, religiosos contumeliis lacessitos, aliaque plura id genus, quibus florentissimum quondam Galliae regnum eo tempore devastabatur (epist. 49, 54, 58, 59, 61, 64, 66, 69, 70, 72, 73, 75). Et haec quidem de argumentis praecipuis epistolarum.

### III.—HUIUS EDITIONIS CAUSAE ET RATIO IN EA SERVATA

Cum nonnulla monumenta P. Paschasii Broëti ex originalibus exemplis edita jam fuerint a P. Josepho Boero S. J. in opere, cui titulus: *Vita del servo di Dio P. Pascasio Broet* <sup>1</sup>; et

<sup>1</sup> Editum est hoc opus Florentiae anno 1877.



deinceps ex hoc libro deprompta gallico sermone evulgaverit P. Joannes M. Prat, ejusdem Societatis, in opere *Mémoires pour servir à l'histoire du Père Broet*<sup>1</sup>; mirabitur fortasse aliquis, de-nuo easdem litteras, simul cum aliis nondum editis, in hoc libro a nobis in lucem proferri. Duabus potissimum de causis ad hanc editionem adornandam permoti sumus.

Ac primo quidem, quia non omnes Broëti epistolae, sed minima tantum earum pars a praefatis auctoribus prelo mandata fuit; nam ex 76 epistolis a nobis collectis, duo supra viginti dumtaxat, quibus accedunt octo brevia aliarum fragmenta, in praedictis operibus reperiuntur.

Praeterea, ipsa ratio a P. Boero servata in edendis Paschasii litteris postulare videbatur, ut integra et accuratior earumdem editio compararetur. Ille etenim clarus auctor, licet autographorum P. Paschasii codicem prae oculis habuerit, intentus potius vitae illius egregii viri ex epistolis illustrandae, quam ipsis litteris ad historicae critices praecepta sincere ac fideliter excutiendis, imperfectam plane illarum editionem nobis transmisit; non enim solummodo verba et sententias autographorum frequenter perpolire et emendare, sed textus etiam detruncare, lectore non praemonito, subinde deprehenditur.

Rem igitur gratam utilemque historiae cultoribus facturos existimamus, si omnes, quas reperire potuimus, Paschasii litteras, quam accuratissime, ad autographorum vel originalium fidem transumptas, et quomodocumque illustratas, exhibeamus.

De ratione a nobis in hac editione servata illud animadvertere sufficiat, nos a regulis jam communiter receptis, et alibi longius explanatis, minime recedere<sup>2</sup>.

<sup>1</sup> Typis excusus fuit hic liber Anicii anno 1885.

<sup>2</sup> Vide sis has regulas in *Epist. P. Nadal*, I, XXI, XXII; et apud *Monum. Ignat., Epist.*, I, 23.







**QUESTA PAGINA É BLOCCATA AI MEMBRI GRATUITI**

Diventa un membro per sbloccare questa pagina web

**RISPARMIA \$3,999,994**

Sapevi che vendiamo anche libri in edizione economica?

Acquistare l'intero catalogo di libri in edizione economica costerebbe oltre \$4.000.000.

Accedi a tutto per \$8.99 al mese

\*Politica di equo utilizzo

**Continua**



**Codex 2.**

*Cod. Rom. I.*—Descriptus in *Monumenta Ignatiana, Series prima, Epistolae et instructiones*<sup>1</sup>, I, 32.

**Codex 3.**

*Cod. Rom. II.*—Descriptus *ibid.*, I, 33.

**Codex 4.**

*Fundationes collegiorum.*—Descriptus *ibid.*, I, 38.

**Codex 5.**

*Epist. quadrim.*—Descriptus in *Epist. Mixtae*, II, 885-887.

**Codex 6.**

*Epist. cardin.*—Descriptus in *Monum. Ignat., Epist.*, I, 45.

**Codex 7.**

*Epist. episcop.*—Descriptus *ibid.*, I, 45.

**Codex 8.**

*Epist. princip.*—Descriptus *ibid.*, I, 46.

**Codex 9.**

*Epist. mixtae.*—Descriptus *ibid.*, I, 40.

**Codex 10.**

*Var. hist. I.*—Descriptus *ibid.*, I, 48, 49.

**Codex 11.**

*Epist. viror. illustr.*—Descriptus *ibid.*, I, 51.

**Codex 12.**

*Brevia et rescr. antiq.*—Descriptus *ibid.*, I, 35.

## CODICES VATICANI

**Codex 13.**

*Epist. Sirleti et alior.*—Vol. 0<sup>m</sup>,284 × 0<sup>m</sup>,208; membrana viridi compositum.

<sup>1</sup> Brevitatis gratia, hanc seriem ita in posterum indicabimus: *Monum. Ignat., Epist.*

Signatura a tergo litteris deauratis: «VAT. | 6210». Ibidem in tessera caerulea: «BIBLIOT. AP. VATICANA | Vat. lat. 6210».

Foliis 1-326 ex ordine signatis et scriptis coalescit, quibus aliqua folia pura non signata intermiscuntur.

Continet cardinalis Gulielmi Sirleti epistolas, anno 1565 datas, et aliorum ad varios, annis 1549, 1574, 1579 etc. scriptas. Incipit ab epistola apographa Fulvii Vrsini ad cardinalem Granvellanum, Romae XII kal. Dec. MDLXXXI data. «Ant. Augustinus archiepiscopus tarraconensis:..» Desinit in epistola gratulatoria ad pontificem Pium IV: «... xiiij di Gennaio MDLX. Di V. S.<sup>ta</sup> vbedienti figli. Consaluo et Consiglio.»

#### Codex 14.

*Bullae secr. Pauli III.* — In archiv. Vatic., «Bullae secr. Pauli III, Arm. XXIV, n. 1695.»

#### Codex 15.

*Bullae secr. Pauli III.* — In archivo Vatic., «Bullae secr. Pauli III, An. 7. 8. Tom. 3.»

#### Codex 16.

*Minuta brevium Pauli III.* — Ibid. «Minuta brevium Pauli III, Vol. 23.»

### CODEX EBORENSIS

#### Codex 17.

Eborae, in Bibliotheca publica. (Evora. Bibliotheca publica. «Jesuitas, cod.  $\frac{CVIII}{2-2}$  »).

*Cod. Ebor. III*<sup>1</sup>. — Vol. 0<sup>m</sup>,297 × 0<sup>m</sup>,207; corio eleganter compositum et ornatum.

Titulus a tergo in tessera chartacea: «Cartas | L.<sup>o</sup> 2.<sup>o</sup>» Ibidem signatura « $\frac{CVIII}{2-2}$ ».

Foliis 463 scriptis et signatis coalescit. Praecedunt autem 11 folia non signata et pura, dempto primo, quod hanc praefert inscriptionem: «Segundo | Tomo das Cartas | De Europa | Do Anno de 1560 | ate o Anno de 1575.» Ad calcem codicis habentur 14 folia pura, numeris non accurate distincta. Sequuntur duo folia scripta, et duo prorsus vacua, quibus totus codex clauditur.

Multa in hoc volumine apographa monumenta ad Societatis Jesu hi-

<sup>1</sup> *Cod. Ebor. I* et *Cod. Ebor. II* descripti sunt in *Monum. Ignat., Epist.*, I, 62.

storiā pertinentia continentur, inter quae Polanci, Borgiae, Possevini, B. Canisii, aliorumque illustrium virorum epistolae recensentur. Habentur etiam pontificum diplomata, litterae quadrimestres, et diversae historicae narrationes, ad annos in titulo notatos spectantia. Ad collegium eborense hunc codicem quondam pertinuisse existimamus; eo quod in illo nonnullae scholasticorum eborensium epistolae ad varios datae contineantur, quae quidem in codice conimbricensi minime reperiuntur; sicut etiam in eo, qui penes conimbricenses erat, plures ipsorum litterae habentur, quae in caeteris codicibus desiderantur.



# NOTAE FREQUENTIUS USURPATAE

IN HOC VOLUMINE

## EARUMQUE INTERPRETATIO

- annot. = annotatio.  
apogr. = apographus.  
archet. = archetypus.  
autogr. = autographus.  
B. = Beatus, Beato.  
cap. = caput.  
cf. = confer.  
D. = Don.  
Dnus. = Dominus.  
Dr. = Doctor.  
D. V. = Dominatio vestra.  
D. V. P. = De Vuestra Paternidad.  
D. V. R. = De Vuestra Reverencia.  
e. gr. = exempli gratia.  
ff. = folia.  
fol. = folium.  
Fr. = Frater.  
H. = Hermano.  
HH. = Hermanos.  
ibid. = ibidem.  
i. e. = id est.  
Jhs., Jhus. = Jesus.  
lib. = liber.  
libr. = librarius.  
loc. cit. = loco citato.  
Mag. = Magister.  
ms. = manu scriptum.  
mss. = manu scripta.  
M., Mtre. = Mestre, Maestre.  
M., Mtro. = Maestro.  
n. = numerus.  
nn. = numeri.  
N. P. = Nostro Padre, Nuestro Padre.  
N. S. = Nostro Signore, Nuestro Señor.  
O. Pr. = Ordinis Praedicatorum.  
O. S. Fr. = Ordinis Sancti Francisci.  
omiss. = omissum.  
O. M. = Ordinis Minorum.  
O. S. B. = Ordinis Sancti Benedicti.  
P. = Pater, Padre.  
PP. = Patres, Padres.  
pag., pagg. = pagina, paginae.  
part. = parte.  
P. M. = Pontifex Maximus.  
P. N. = Pater Noster.  
R. P. = Reverendus Pater, Reverendo Padre.  
RR. = Reverendi, Reverendos.  
S. = Sanctus, San, Santo.  
S. A. = Su Alteza, Sua Alteza.  
sc. = scilicet.  
S. J. = Societatis Jesu.  
seq. = sequens.  
seqq. = sequentes.  
Sr. = Señor.  
S. M., S. M.<sup>ta</sup> = Su Magestad, Sua Maestà.  
S. S.<sup>ria</sup> = Su Señoría, Sua Senhoria.  
S. S., S. S.<sup>ta</sup>, S. S.<sup>de</sup> = Su Santidad, Sua Santità, Sua Santidade.  
t. = tomus.  
V. A. = Vuestra Alteza, Vossa Alteza.  
verb. = verbum.  
v. gr. = verbi gratia.  
V. M. = Vestra Majestas, Vostra Maestà, Vuestra Majestad.  
V. m. = Vuestra merced, Vossa mercè.  
vol. = volumen.  
V. P. = Vestra Paternitas, Vostra Paternità, Vuestra Paternidad.  
V. R. = Vestra Reverentia, Vostra Reverenza, Vuestra Reverencia.  
V. S. = Vostra Signoria, Vuestra Señoría.  
X.<sup>o</sup>, Xpo. = Christo, Cristo.  
xpiano. = christiano, cristiano.  
Xpoual. = Cristóbal.



## I

## VOTUM

PATRIS PASCHASII BROËTI

ROMAE, MENSE APRILI 1541 <sup>1</sup>.

*P. Ignatium de Loyola generalem Societatis Jesu praepositum eligendum censet.*

In nomine domini nostri Ihu. Xpi. Amen. Ego Paschasius Broët eligo in praelatum dominum Ignatium de Loyola.

PASCHASIUS <sup>2</sup>.

## 2

P. PASCHASIUS BROËTUS

ET P. ALPHONSUS SALMERON

MARCELLO CERVINI

cardinali Sanctae Crucis

EDENBURGO, 9 APRILIS 1542 <sup>1</sup>.*Expeditionis in Hiberniam descriptio.*

## †

Ill.<sup>me</sup> et R.<sup>me</sup> domine:

Quia putamus peregrinationem nostram vsque in Scotiam jam notam et compertam fore D. V. R.<sup>mac</sup> per plures litteras,

<sup>1</sup> Ex autographo, in *Cod. Rom. I*. Est schedula hujus dimensionis: 0<sup>m</sup>,142 × 0<sup>m</sup>,081, numero XII signata. Quanam vero occasione hoc Paschasii votum datum sit, habes in opere, cui titulus: *Constitutiones Societatis Jesu latinae et hispanicae cum earum declarationibus*. Matriti, 1892, pag. 313 et seqq. Cf. ASTRAIN, *Historia de ia Compañia de Jesús en la Asistencia de España*, I, 117 et seqq. Ediderunt hoc votum Patres Bollandiani, *Acta Sanctorum*, t. VII Julii, *De S. Ignatio Loyola*, n. 357; et PRAT, *Mémoires pour servir à l'histoire du P. Broet*, pag. 42.

<sup>2</sup> Haec Paschasii subscriptio a tergo schedulae habetur.

<sup>1</sup> Ex archetypo, cum autographa subscriptione Patrum Broëti et Salmeronis, in Bibliotheca Vaticana, Lat. 6210, duplici fol. 84, 85. Cf. POLAN-



quas scripsimus ad Patrem Ignatium, superiorem nostrum, ideo in hiis non multis agemus, ne eadem sepius repetita fastidium pariant. Hae ergo presentes continebunt breuem quandam et compendiarium rationem totius nostrae profectionis ac ministerii nobis crediti.

Imprimis, re mature pensata, relicta Diepa, conscendimus nauim in Flandriae portu. Inde legimus Scotiam, ad quam peruenimus, Deo duce, vltimo die anni iam elapsi, non sine grauibus laboribus et maris fastidiis; quia nauigauimus in Decembri; nec citra periculum personarum nostrarum; quia bis, ventis et fortuna cogentibus, oportuit descendere in portus Angliae, et morari ibidem ad decem vel duodecim dies. Et quamquam habitus et vestitus noster et ignorantia linguae anglicanae aliquid suspicionis apud anglos generaret, Christo tamen id praestante, euasimus et illorum oculos et manus.

---

CUM, *Chron.*, I, 98, 99; et HOGAN, *Ibernia Ignatiana*, pagg. 4-9. Cum hac epistola alias ad plures datas fuisse a PP. Broëto et Salmerone eruitur ex epistola Polanci ex commissione, die 17 Maji 1542 scripta ad Salmeronem. Cf. *Monum. Ignat., Epist.*, I, 199. Ibidem, pagg. 174-181, habentur instructiones Broëto et Salmeroni ab Ignatio datae pro legatione apostolica rite obeunda. Nonnulla ex hac epistola deprompsit ASTRAIN, loc. cit., I, 504, 505. Die autem 2 Februarii 1542 Salmeron, Ignatio scribens, partem epistolae Paschasii, Glascoviae ad ipsum Salmeronem datae, transcribit. Paschasius enim, rerum Hiberniae statum exploraturus, Glascoviam venit, Salmerone Edemburgi manente, donec a Paschasio per litteras de Hiberniae statu certior fieret. En verba Paschasii a Salmerone Ignatio transmissa: «Crastina die Deo favente, ut citius et breuius sciamus quid sumus acturi de legatione nostra, et missione, descendam a Glasco ad portum alium, qui dicitur Irruin, et consequenter in Hiberniam, si inuenero nauim paratam cito uel ad paucos dies. Aliter ego reuertar ad uos, et cito, ne demiremini si uadam in Hiberniam; quia ego puto, si ipsi praesentes essetis, vos habituros idem iudicium, secundum quod dicitur mihi a multis. In portu relinquam uestimenta mea, et induam me chlamide hibernia, et omnia cum maiori cautella, quoad fieri possint, faciam; etc.» Ex apographo, in *Cod. Ebor. I*, fol. 12. Haec autem epistola die 20 Ianuarii data videtur, ex iis, quae ait Salmeron sub ipsa paragraphi transcriptae allegatione, scij. «Destas palauras poderéis collegir su deliberación de passar en Hibernia para explorar más la tierra y ánimos de los príncipes; y como que ya sean passados doze días justos, y él no buelue, creemos sea passado...» Duodecim dies elapsos ait, post epistolam Broëti, die 2 Februarii; unde liquet die 20 Ianuarii epistolam Paschasii datam fuisse.





**QUESTA PAGINA É BLOCCATA AI MEMBRI GRATUITI**

Diventa un membro per sbloccare questa pagina web

# IMMERGITI NELLA FANTASIA, NELLA MAGIA, NELLA MITOLOGIA E NEL FOLCLORE

La membership completa a  
Forgotten Books da accesso a  
484.473 libri antichi e moderni,  
di genere fiction e non-fiction.

**Continua**

\*Politica di equo utilizzo



disquirere, interrogare, explorare, et breui deprehendimus res Hibernie ita se habere, vt nobis enarratae fuerant, si non deterius. Sicut audiuimus, ergo, sic vidimus in Hibernia. Vidimus autem iam non superesse lapidem super lapidem, nam primo, ut a deterioribus et magis deplorandis exordiamur, principes ipsi coguntur obedire et obediunt regi Angliae; idque a paucis mensibus factum est. Cum enim tres sint principes, potentia et viribus ceteris superiores, et penes quos praesertim Hibernie silvestris dictio consistit, nempe Oynell, Odonel, Onell; imprimis Odonel, vt a fidedignis accepimus, vocatus est a deputato regis Dublinam, ibique confederatus est cum rege, promittens illi, vt regi suo, obedientiam; et inter ceteros articulos subscripsit his duobus. Primus est, quod recognosceret regem Angliae in supremum caput Hibernie, tam in spiritualibus, quam in temporalibus. Secundus, quod traderet deputato regis omnes legatos apostolicos aut afferentes literas apostolicas a curia romana. Huic subscriptioni interfuere abbas derensis et episcopus derensis, qui haec nobis narrarunt et iurarunt ita habere; quod, preter communem famam eius rei, que est in Scotia et in Hibernia, inde confirmari maxime vidimus, quod, cum dictus princeps intellexisset app[ul]isse \* nos ad dominium suum, scripsit ad abbatem derensem, vt duceret nos ad ipsum, secrete tamen et occulte, ne forte perueniret ad aures deputati regis et damnaretur pacti et foederis violator. Quarum literarum subscriptionem et verba illa secrete et occulte nos ipsi propriis oculis perspeximus. Nos autem iudicantes non esse honoris sedis apostolicae quod occulte videret et occulte conueniret nos, qui publice missi et publice ingressi eramus insulam, de industria distulimus visitationem principis in alium diem. Post paucos autem dies inde discessimus, illo conscio, nec tamen curante aut vocante nos.

Princeps Oynell, postquam post aliquot annos viriliter restitit furori regis, non sine multorum millium hominum vtriusque partis sanguine et status sui diminutione et desolatione, adeo ut nunc vix habeat locum munitum et castrum, in que secure se

---

\* Consumpta charta, pars hujus verbi evanuit.



recipiat, ad extremum et ipse succubuit, subdens se regi et promittens ei obedientiam, vt supremo capiti Hiberniae; et quo fidelius seruaret obedientiam et foedera, coactus est tradere vnum ex filiis suis deputato regis in obsidem. Idque a quatuor aut quinque tantum mensibus. Et licet nobis persuadeamus eum magis timore, ne angli venirent et tollerent locum eius et gentem, et ne penitus spoliaretur suo statu, ad id tractum, potius violenter quam volenter, vt ipse nobis per litteras suas (si tamen suae fuerant) significauit, certissimum tamen est ipsum regi promississe obedientiam et tradidisse filium.

Itaque accessus noster publicus ad hos duos principes magis cedebat in eorum detrimentum quam in eorum vtilitatem; cedebat etiam in periculum nostrum. Probabile enim erat quod deputatus regis, cognito aduentu nostro, scriberet ad principes, vt quamprimum nos comprehensos mitterent ad eum. Cui praecepto paruissent forte principes, ne eorum dominia iam magna ex parte euersa et desolata omnino et funditus euerterentur, cuius rei fidem non modum facit quod, cum isti principes cognouissent nostrum in eam insulam aduentum, difficultatemque in ea commanendi ac propositum remeandi, nullus ausus est polliceri tutam mansionem; quamquam episcopus derensis promitteret nobis securitatem in quodam suo castro ad duos vel tres menses; an autem id prestare potuisset, Deus scit.

Similiter princeps Ohnel, qui est tertius, qui aliquanto longius distat a terris deputati regis, nunc citatus est et vocatus, vt compareat Dublinie personaliter post pascha, vt faciat quod reliqui duo fecerunt. Quod si recusaret venire, indictum sibi esse bellum intelligeret. Tandem tota fere Hibernia siluestris, quae sola constabat in fide, ad quam nos missi sumus, partim amore, partim timore et vi, subiecta est regi. Si quid adhuc superest illi non subiectum, probabile est quod breui subiugabit; in cuius signum, cum antea vocaretur d.<sup>nis</sup> Hibernie, modo, usurpato titulo digniori, vocat se regem Hybernie.

Preterea praecipuus scopus noster erat, iuxta consilium, quod a reverendissimis dominis cardinalibus, qui negotia nostra et missionem tractarunt, accepimus, dare operam in componenda



pace inter principes et dominos Hibernie, ut vniti fortius possent, tum resistere regi ac se tueri, tum etiam offendere et aggredi, si opus esset, pro re fidei, et pro amplianda obedientia sedis apostolicae, pro qua extinguenda ille vnice furit. Sane conuenimus nonnullos principes, ut Maculin, Ochan, et aliquot alios; et vidimus morbum hunc seditionum intestinarum desperatum esse et immedicabilem, iudicio nostro, tum propter antiqua odia et inueterata et quae iam egerant radices, tum propter feritatem et barbariem morum, plusquam bestialium, et vix a quoque, nisi ab eo qui viderit, credibilium; tum etiam quia, cum pluries redeant in amicitiam et componant pacem, post mensem rumpunt foedera et fiunt posteriora deteriora prioribus; et ita vacant mutuis rapinis et predis bouum, vaccarum, equorum, et incendiis villarum et ecclesiarum inter se. Unde qui melius depredatur, dignior et honoratior est inter eos, cuius rei argumentum certissimum est, quod eo tempore, quo nos morati sumus in dominio domini Maculin, et non distaremus nisi per duo milliaria a domo eius, profectus est manu armata contra inimicos per LX milliaria, et depredatus est, ut fama erat, duo mille vaccas et equos et incendit villas et occidit multos; nec possumus iudicare isti morbo aliter occurri posse, seu illam insulam faciliori aut compendiosiori via posse reduci et reformari, quam quod haberet aliquem regem catholicum, cui obedirent et quem timerent, qui puniret reos et administraret iustitiam; id quod inter eos fieri nequit, quia quiuis princeps ambiret regnum. Quid enim sunt regna sine iustitia nisi latrocinia? Ibi autem nulla exercetur vindicta in reos, in homicidas, in depredatores, in incestuosos. Et inter caetera, cum interrogarem nonnullos prelatos quid esset in causa quod non punirent incestuosos in suis diocesibus, responderunt se id praestare non posse; quia non est ullum brachium seculare, aut ulla potentia, qua id efficiant. Immo, quod peius est, ipsi superiores, tam ecclesiastici, quam seculares, ad quos spectat corrigere inferiores, eadem lepra infecti sunt.

Et, ut a grauioribus ad minora et particularia descendamus, fere omnia monasteria illius insulae sunt desolata et euersa, expulsis inde fratribus, etiam in locis tutioribus et in quibus nos



mansimus. Pauca monasteria, quae supersunt, relicta sunt ad tempus in gratiam principum, qui id obtinuerunt tempore concordiae. Et tamen <sup>b</sup> nunc quotidie infestatur Odonel, vt euertat pauca monasteria sua. Fratres autem illi pauci hac estate parant se ad fugam ex insula vel ad latibula, vt nobis ipsis constanter testati sunt; quia angli eo tempore expectantur venturi ad edificandas domos et construenda castra in illis locis; quia terra fertilissima esset, si haberet cultores.

Item, episcopi isti hibernici, qui creantur Romae, cum primum veniunt in Hyberniam, coguntur vel tradere litteras apostolicas deputato, vt comburantur cum ipsis, qui deferunt; nonnunquam ex fauore illi iidem impetrant ab eo episcopatum de nouo fiat, sicut de episcopo comerensi pro re constante et certa aliquot sacerdotes nobis affirmarunt; vel si qui sint bonae conscientiae et timentes Deum, coguntur fugere et exulare ab episcopatibus et delitescere in siluis, et expectare mortem regis, vt archiepiscopus tuamensis et episcopus kildarensis et multi alii. Hoc quidem facturum se dixit nobis quidam franciscanus, qui Romae a paucis mensibus creatus est in episcopum ardacadensium.

Quamquam autem nonnullos in eadem insula probos simplices et timentes Deum viros et sedi apostolicae deuotos et affectos inuenerimus, qui non curuauerunt genua ante Baal, qui benigne et cum aliqua reuerentia, pro more patriae, nos susceperunt, qui deuote confessi sunt et communicarunt, gratia consequendae indulgentiae, quam eis elargiti sumus, iuxta facultatem nobis per bullam concessam; sunt tamen pauperrimi et vix possunt seruare se ipsos; quanto minus nos, presertim quia illi, quibus erat inuitendum vt fundamentis, nempe principes ipsi, sint cum rege vniti et foedere ligati.

Dispensamus etiam obiter cum nonnullis illegitimis et incestuosis, quorum in illa insula est numerus, vt ita dixerimus, innumerabilis; et incestus adeo horribiles, quales neque audiuntur inter gentes, ita vt matrem suam vel sororem germanam habeat

<sup>b</sup> ~~illi~~ ~~oberto~~ nonnihil attrita sit, vix dubium remanet quin tamen ~~episcopi~~ ~~debeat~~.



quis. Plures harum dispensationum gratis et amore Dei elargiti sumus. Ex nonnullis aliis collecta fuit aliqua pecunia, etiamsi pauca, tum propter paupertatem patrie incredibilem, tum quia plus intendebamus quod illi surgerent a peccato et incestu (quæcum dispensatione et sine ea ita agerent vsque ad mortem, vt experientia multorum deprehendimus), quam lucrum. Quia omnes illae pecuniae collectae dispensatae sunt in pauperes et in alia pia opera publice. Que res magnae fuit et admirationi et aedificationi, tum episcopis ipsis, qui viderunt, tum aliis, qui audierunt.

Denique consideratis hiis omnibus, et quod non erat nobis segura mansio, et quod non deessent iam angli, qui tentarent precio nos emere et habere ab hybernis, et quod non esset aliqua ciuitas, aut oppidum forte, et quod non erat spes componendae pacis inter ipsos principes, regi vel fidei vel amore obediens, et quod non erat honoris sedis apostolicae delitescere in siluis et locis secretis, et propter praeceptum quod a R.<sup>m</sup> dominis cardinalibus, quoad nostram missionem deputatis, habuimus, vt, inuenta Hybernia in eo statu, in quo est, excuteremus puluerem de pedibus et rediremus, et quia multi probi et honesti viri hibernici ita nos melius consulturos et vitae nostrae et honori sedis apostolicae consuluerunt, et quia ita dictabant nobis conscientiae nostrae, quod citra spem fructus non obiiceremus nos probabili periculo mortis; deliberauimus iterum caute et diligenter redire in Scotiam. Qui sane reditus non fuit citra admirationem et stuporem nonnullorum, qui nos prius deterruerant ab ingressu in Hyberniam, qui non crediderunt se amplius visuros nos vsque in diem resurrectionis.

Reuersi ergo sumus breui (Christo duce) incolumes, manemusque hic in Edemburgo, ciuitate regia Scotiae. Post aliquot dies putamus visitare serenissimum regem et reginam, tum vt illis reddamus rationem de reditu nostro, tum etiam vt exploremus an aperiatur nobis hic ostium aliquod ad fructificandum. Quod si non succedat, nauigabimus in Galliam, et hic, si maneamus, vel Parisiis, si non maneamus, expectabimus preceptum R.<sup>m</sup>ae D. V., vt intelligamus quidnam oporteat nos facere et quo



pergere, et an redire Romam. Et si D. V. R.<sup>ma</sup> dignabitur aliquod responsum nobis reddere verbo vel in scriptis, curabit dari vel referri patri Ignatio, superiori nostro, qui dabit operam vt fideliter et diligenter ad manus nostras perueniat, ubicunque contingerit nos morari. Nichil praeterea occurrit quod scribamus, cum haec sint satis. Gloriosus et superbenedictus Deus Ill.<sup>mo</sup> et R.<sup>mo</sup> D. V.<sup>re</sup> vtrunque hominem conseruet, et prouehat ad Xpi. sui gloriam ampliandam, et in ecclesiae suae, quae tot insultibus et tempestatibus agitur, stabilem inconcussamque columnam. Amen.

Ex Hedemburgo, Scotiae oppido, die resurrectionis Domini. E. D. V. Ill.<sup>mae</sup> et R.<sup>mo</sup> serui indigni.

PASCHASIUS BROET.

ALPHONSUS SALMERON.

*Inscriptio.* Jhs. Ill.<sup>mo</sup> et R.<sup>mo</sup> domino cardinali sanctae crucis, patrono nostro obseruand.<sup>mo</sup> Romae.

*Alia manu.* † 1542, Scotia. Circa li due preti mandati in Hibernia 9 d' Aprile.

### 3

## PATRI IGNATIO DE LOYOLA

FULGINIO, 6 JANUARI 1543 <sup>1</sup>.

*Monte Politiano Fulginium venit.—Epistolam generalem de rebus a se gestis, ex Ignatii mandato, mittit.*

†  
Ihus.

La summa gratia et amor di X.<sup>o</sup> nostro signore sia sempre in nostro continuo fauor et adiuto.

Questa presente sarà solamente per fare intendere a V. R. come mi sono partito da Montepulciano il secondo di di Gennaro et arriuato in Fuligno il quarto giorno.

Sono già molti giorni che haueuo scritto vna lettera gene-

<sup>1</sup> Ex autographo, in codice *Epist. Fabri, Jaji et Broet*, unico fol. seu scheda, 0<sup>m</sup>, 220 × 0<sup>m</sup>, 210; n. 109, prius 23. Causas cur Paschasius hanc expeditionem Montem Politianum et Fulginium confecerit, vide apud POLANCOU, *Chron.*, I, 110 et 111. Cf. etiam ORLANDINUM, *Historia Societatis Iesu*, II, 27, nn. 11, 12; PRAT, loc. cit., pagg. 71-74; et *Monum. Ignat.*, I, 239.



rale copiata octo volte, comme V. R. a commandato, la quale non ho potuto mandare da Montepulciano fino adesso.

Starò qui quindecim giorni et poi me andarò in Roma. Non altro.

Di Fuligno, a di 6 di Gennaro 1543.

PASCHASIO BROET.

*Inscriptio.* Al R.<sup>do</sup> in X.<sup>o</sup> Padre Mtro. Ignatio de Loyola, preposito della Compagnia di Ihu., in sancta Maria della Strada, apresso di sancto Marco. In Roma.

#### 4

### PATRI IGNATIO DE LOYOLA

FAVENTIA, I NOVEMBRIS 1544 <sup>1</sup>.

*Monasterium regiense sanctae Clarae reformat.—Gravi morbo aegrotat. Faventiam se confert.*

†  
Ihus.

La summa gratia et amor di Ihu. X.<sup>o</sup> nostro signore sia sempre in nostro continuo fauor et ajuto.

Acciò che voi habiate più occasion di laudar et glorificar Id-dio nelle cose fatte, quali procedono da sua magestà, et anchora d'altra parte acciò che voi preghiate sua diuina bontà che me faci più diligente in lauorare nella vigna sua, dirò in breuità quel pocho che in Reggio <sup>2</sup>, in Lombardia, è fatto per gratia del Si-

<sup>1</sup> Ex autographo, in codice *Epist. Fabri, Jaji et Broet*, duplici fol., n. 110, prius 28. Hujus epistolae transumptum hispanicum exstat in codice eborensi «*Jesuitas*, cod.  $\frac{CVIII}{2-3}$ », fol. 29, sub hoc titulo: «Copia de vna del P. Paschasio Broet pera el P.<sup>e</sup> M.<sup>o</sup> Simon, prouincial en Portugal.» Alterum transumptum, vel potius excerpta hispanice scripta habentur in codice eborensi « $\frac{CVIII}{2-1}$ » ff. 28v-29r. Hac epistola usi sunt POLANCUS, *Chron.*, I, 128, 129; ORLANDINUS, *Historia Societatis*, parte I, lib. IV, n. 77; BOERO, *Vita del seruo di Dio P. Paschasio Broet*, pag. 27, ubi hanc edidit epistolam, multis in ea mutatis, et nonnullis omissis; et PRAT, loc. cit., pag. 74, ubi hoc monumentum gallice ex P. Boero reddidit.

<sup>2</sup> Concordant exemplum eborense, Polanci Chronicon et Boero. Unde patet error epistolae ignatianae, quae exstat in *Varia historia*, tom. I, fol. 65, ubi «Lezo» pro «Rezzo» habetur, et inde transcripserunt editores operis *Cartas de S. Ignacio*, I, 171; et PRAT, loc. cit., pag. 74. Vide *Monum. Ignat., Epist.*, I, 253.





**QUESTA PAGINA É BLOCCATA AI MEMBRI GRATUITI**

Diventa un membro per sbloccare questa pagina web

**RISPARMIA \$3,999,994**

Sapevi che vendiamo anche libri in edizione economica?

Acquistare l'intero catalogo di libri in edizione economica costerebbe oltre \$4.000.000.

Accedi a tutto per \$8.99 al mese

\*Politica di equo utilizzo

**Continua**



et perhò preghate il Signore che me dia diligentia per fare meglio l' obedientia. Non altro.

Di Faenza, a di primo de 9.<sup>bre</sup> 1544.

PASCHASIO BROËT.

*Inscriptio.* Al Rdo. in X.<sup>o</sup> Padre, Mtro. Ignatio de Loyola, preposito della Compagnia di Ihu., o a Mtro. Alfonso Salmeron, in Roma.

*Vestigium sigilli.*

## 5

### PATRI FRANCISCO XAVERIO

FAVENTIA, I MARTII 1545 <sup>1</sup>.

*Sodalitas pro charitate erga pauperes fovenda a Paschasio instituitur.— Confessionibus audiendis assidue incumbit, et lutheranae sectae errores extirpare conatur.—In templo «Conversarum» doctrinam christianam explicat, et illius domus incolis formam pie vivendi scriptam praebet.*

Ihus.

La summa gratia et amor di X.<sup>o</sup> nostro signore sia sempre con tutti.

Ad honore de Iddio signore nostro et confusione mia, vi narrarò in poche parole la tepidità mia nel seruitio del Signore et del prossimo dipoi quatro mesi che vi scrissi, a ciò voi preghiate Iddio che se degni farmi più diligente in lauorare nella vigna sua.

Al principio che ariuai in Faenza erano molti poueri infermi miserabili, quali visitai per la città et visito ogni settimana, et vedendo che non gli era prouisto, nè spiritualmente, nè mancho corporalmente, con la licentia del vicario, praticando con molti huomini da bene, hauemo fatto vna compagnia, qual se domanda la compagnia della charità, alli quali ho dato in scritto per capitoli il modo di viuere in tal compagnia; et l'officio loro è di visi-

<sup>1</sup> Ex autographo, in codice *Epist. Fabri, Jaji et Broet*, duplici fol., n. 111, prius 34. Illam edidit BOBRO, loc. cit., pagg. 33, 34; non autem recte notavit eandem datam fuisse S. Ignatio, cum ex autographo constet illam S. Francisco Xaverio inscriptam fuisse. Partem hujus epistolae gallice reddidit PRAT, loc. cit., pag. 84; sed perperam in annotatione 2.<sup>a</sup> scripsit illam die 1 Novembris datam fuisse. Hac epistola usi sunt POLANCUS, *Chron.*, I, 150, 151; et ORLANDINUS, loc. cit., lib. V, n. 18 et seqq.

16 e Marzo 1545.

**PASCHASIO BROET.**

fratello charissimo, Mtro. Francisco

f. nostra *Monum. Ignat., Epist., I, 343.*



## 6

## PATRI IGNATIO DE LOYOLA

PAVENTIA, I NOVEMBRIS 1545 <sup>1</sup>.

*Confessionibus audiendis non sine fructu incumbit.—Duae meretrices ad bonam frugem receptae.—Nosocomia inuisit, aegrotisque auxilia, tum spiritualia, tum temporalia, praebet.—Multae dissensiones, odia et inimicitiae, Paschasio opera, e civitate extirpantur.—Adolescens bonae indolis, qui Societati nomen dare cupit, Romam brevi mittendus.—Disputationes de erroribus lutheranorum impedire conatur.*

†  
Ihs.

La summa gratia et amor de X.<sup>o</sup> nostro signore sia sempre in nostro continuo fauore et aiuto.

Già passati quatro mesi fa, che vi auisai delle mie negligenzie et tepidità <sup>2</sup>: cosi anchora adesso farò il medesimo, acciò che habiate più grand occasione [di] pregare sua diuina maiestà che me aiuti et m'acreschi l'amor santo, et che per il futuro io sia più diligente nel suo santo seruitio, èt anchora del prossimo.

Quanto alle confessioni, ho sempre continuato, tanto particolari et quotidiané, come anchora molte generali: et benchè ne que qui plantat neque qui rigat est aliquid <sup>3</sup>, nondimeno per gratia del Signore, qui incrementum dat, sempre se sequita qualche buon frutto, et si non in tutti, almancho in molti.

Nos vero, qui caetera Rodericij scripta nondum prelo data in lucem proferimus, ab hac serie excludi commentarium illud, licet jam editum, quod inter illius clari viri monumenta locum facile principem sibi vindicat, nefas esse putavimus. Ideoque, quoniam hac vice rem novam in medium proferre non valemus, novis saltem curis, nova diligentia concinnatam noti commentarii editionem aggressi sumus. Quae ut accuratior evaderet, romanam cum prototypo exemplo contulimus. Nec fructu collatio nostra caruit, plura etenim loca, quae vel librariorum vel typographorum oscitantia, vel alia de causa, depravata fuerant, ad archetypi fidem restituimus. Non autem omnes hasce discrepantias, sed praecipuas tantum annotare visum est. Et hac-

<sup>1</sup> Cf. ORLANDINUM, *Hist. Soc. J.*, part. I, lib. I et II; SACCHINUM, *Hist. Soc. J.*, part. IV, lib. VII; BOERO, *Vita del... P. Simone Rodrigues*; ASTRAIN, *Historia*, I, 85 et seqq.; BARTOLI-MICHEL, *Histoire de S. Ignace de Loyola*, lib. II; TACCHI VENTURI, *Le case abitate in Roma da S. Ignazio di Loiola*, pag. 17 et seqq.

<sup>2</sup> En inscriptio huic primae editioni praefixa:

A. R. P.  
 PETRO . BECKX  
 IN . MEMORIAM . FAUSTISSIMI . DIEI .  
 NON . MARTII . AN . MDCCCLXIX .  
 QUO . POST . ANNOS . L . ITERUM . AD . ARAS  
 SOLEMNI . CAEREMONIA . SACRIS . OPERATUR  
 COMMENTARIUM  
 DE . ORIGINE . ET . PROGRESSU . SOCIETATIS  
 USQUE . AD . EIUS . CONFIRMATIONEM  
 IUSSU . EVERARDI . MERCURIANI . PRAEP . GEN .  
 A . P. SIMONE . RODRIGUEZ . CONSCRIPTUM  
 NUNC . PRIMUM . IN . LUCEM . EDITUM  
 IOS . BOERO . PRAEF . ARCHIV .  
 PATRES . COLLEGII . CIVILITATIS . CATHOLICAE  
 OBSEQUII . ET . GRATULATIONIS . CAUSSA  
 DEDICANT





**QUESTA PAGINA É BLOCCATA AI MEMBRI GRATUITI**

Diventa un membro per sbloccare questa pagina web

# IMMERGITI NELLA FANTASIA, NELLA MAGIA, NELLA MITOLOGIA E NEL FOLCLORE

La membership completa a  
Forgotten Books da accesso a  
484.473 libri antichi e moderni,  
di genere fiction e non-fiction.

**Continua**

\*Politica di equo utilizzo



Si autem de Simonis epistolarum natura scisciteris, earum maxima pars ad intimum ejus cum praepositis generalibus Societatis vel cum eorundem vicariis commercium spectant; quibus vel administratae a se provinciae rationem reddit, vel domorum aut personarum informationes exhibet, vel de seipso deque suis aerumnis, laboribus, desideriiis ad indos transeundi disserit. Aliud est genus earum, quas ad subditos Simon trans mittebat, nunc eos ad perfectionis religiosae studium adhortans, nunc de ratione sacra ministeria obeundi illos admonens, nunc de negotiis ad rem familiarem pertinentibus scribens. In harum numero plures, ad P. Sanctacrucium et ad Balthasarem de Faria missae, potissimum reponendae sunt. Tertio loco recensendae veniunt quaedam familiares epistolae ad Xaverium, Borgiam, Polancum, Bobadillam aliosque, quibuscum amoris sensa, dulcem praeteritarum rerum memoriam, Societatis studium, caeteraque hujusmodi in intimo amicitiae sinu communicat.

Ex dictis facile colliges quaenam praecipue argumenta in tota hac epistolarum serie pertractentur. Tota equidem Rodericii vita ab anno 1541 ad annum 1577 velut in speculo clara luce expressa nobis in ejus litteris exhibetur. Et sicut in commentario de Societatis origine annos sui tirocinii ab ingressu in Societatem usque ad hujus confirmationem fideli calamo depinxit, ita in epistolis suam religiosam professionem (8, 9) <sup>4</sup>, labores plurimos pro Dei gloria amplificanda proximisque juvandis a se susceptos in Lusitania (2, 3, 5, 6, 10-14, 18, 19, <sup>22</sup> 23, 26-33, 46-49), Paviae, ubi egregios prorsus juvenes ad nostram Societatem attraxit (55-68, 74, 75), Genuae (79-90), in Hispania (93, 95-110), et iterum in Lusitania (111-113), prout tempus et occasio ferebant, narravit.

Fructus autem uberrimos, ex hisce Simonis laboribus collectos, nobis abunde patefaciunt priores epistolae, in quibus florentinam Lusitaniae provinciam, tanti viri sudoribus irrigatam, altas vias aperire, principumque et populi benevolentiam et venera-

<sup>4</sup> Numeri uncinis clausi epistolas indicant, in quibus argumenta notata pertractantur.







mentis a nobis editis <sup>6</sup> jam satis omnibus innotescunt; non tamen silentio praetereundum censemus, quod in ultimis Rodericii epistolis, non sine ipsius gloria et provinciae lusitanae proventu, memoriae proditur, scilicet, in saeva procella, qua illius egregiae provinciae navis divexabatur ob quorundam moderatorum nimiam erga subditos severitatem, mirabili Dei optimi maximì providentia, a P. Everardo Mercuriano dispositum fuisse, ut Simon, ad illam tandem provinciam redux, suo consilio et prudentia, et ea quae apud omnes auctoritate pollebat, remedium illi calamitati adhiberet, tum per novorum praepositorum electionem ad mentem Rodericii peractam, tum per novam gubernandi rationem ejusdem consilio initam; quae quidem remedia e voto successerunt, resque lusitanae vento secundo navigare jam inde visae sunt.

Restat ut de linguis a Rodericio in suis litteris adhibitis aliqua animadvertamus. Omnes fere ejus epistolae vel lusitano vel hispanico sermone scriptae fuerunt. Lusitana autem lingua, utpote ei naturali, rectius et emendatius quam hispanica utitur. In epistolis enimvero hispanice exaratis tot grammatices et orthographiae menda offenduntur, ut frequenter de sensu verborum perperam scriptorum lector monendus videatur, idque saepissime a nobis praestitum reperietur. Ne autem harum annotationum numerus nimium augeatur, visum est praecipua menda cum eorum emendatione in sequenti catalogo simul collecta proponere:

absterrá	pro	abstendrá	aliende	pro	allende
aconsegar	"	aconsejar	alforga	"	alforja
acoste		acueste	allar	)	hallar
acuta		aguda	antiga		antigua
adomde		adonde	antre	)	entre
aduirto		advierto	aqí	)	aquí
aer		aire	aquá	)	acá
agoa		agua	areçelar	)	recelar
abier		ayer	ariscar		arriscar
ahogar		ahorrar	arreçelar	"	recelar
ali	,	alli	arto	)	harto

<sup>6</sup> Cf. *Monum. Ignat., Scripta de S. Ignat., I, 667 et seqq.; Epist. P. Nadal, II; et Epist. Mixtae, II-V saepius.*





**QUESTA PAGINA É BLOCCATA AI MEMBRI GRATUITI**

Diventa un membro per sbloccare questa pagina web

**RISPARMIA \$3,999,994**

Sapevi che vendiamo anche libri in edizione economica?

Acquistare l'intero catalogo di libri in edizione economica costerebbe oltre \$4.000.000.

Accedi a tutto per \$8.99 al mese

\*Politica di equo utilizzo

**Continua**







haec regulae a P. Rodericio annis 1545-1546 scriptae prout ipse auctor in epistolis, infra sub numeris 10 et 13 nobis clare ostendit. Nam in priori, die 10 Augusti 1545 data, haec ait: «Las cosas de Coimbra van tanto adelan por más que yo os las escriba, no las creeréis. El tiempo estube <sup>7</sup> saqué en escrito toda la orden de la casa y reg y reglas para todos los oficiales, que se pueden tener. vn gran cuydado por gracia de Dios. Holgara de podéros dar para lo concertades y prouardes para más mi conten to; y creio que para cualquiera collegio d'España pue servir.» In altera autem, quae 13 Augusti anni 1546 ad ctacrucium scripta fuit, haec habentur: «vendo eu a nece que tinhamos de não viuer confusamente e cada hum s seu parecer, fiz esses apontamentos adiante escritos, q prebendem a substancia do que me a mi pareceo que n uinha; e mando-uol-os para que os façaes escreuer no li tem a regra do collegio». Quae quidem Rodericii verb clare ostendunt et harum regularum auctorem, et quo t laborem eas adornandi ille absolverit. Auctorem etenim s fatetur Rodericius, qui, hoc opere ad felicem exitum pe magna se cura liberatum dicit, illudque ab Ignatio ex et probari desiderat, ut in Hispâniae collegiis adhiberi v

De tempore autem, quo has regulas scripserit Rod illud certo statui potest ex hisce epistolis, extremam salt num anno 1545 regulis collegii conimbricensis impositam ideoque Polancus in suo *Chronico* haec ad annum 1545 consignata reliquit: «In collegio autem Conimbricensi on procedere deberet et officialium regulae confectae et ad datae sunt <sup>8</sup>.» Anno autem 1546 supradictis regulis addita a Rodericio alias pro sacerdotibus, qui, finitis studiis proxi saluti operam navant, eruitur ex epistola nuper secun allegata. Quae quidem sunt 12 regulae, ad calcem, ante peregrinantium, positae.

<sup>7</sup> Rodericius Conimbricae singulis annis festa natalitia et i etiam paschalia transigere solebat.

<sup>8</sup> *Chron.*, I, 159.



**S**ummopere laudaret, haec addit, quae de ordinationibus regulisque scripto consignatis intelligenda videntur: «La orden, pues, así para mantener los oficios corporales, como para los estudios de letras y los ejercicios del espíritu, se halla aquí, no digo conforme al parecer y orden de mi saber inordinado é inagible, pero de la manera que me parece desea V. R. Alabado sea el ordenador del mundo por todo <sup>9</sup>.»

2. Sed jam ad fontes, ex quibus suas regulas et instructiones deprompsit Rodericius, veniamus. Utque clarius procedat nostra disquisitio, in quatuor partes haec scripta sunt dispertienda, videlicet, in regulas singulorum officiorum, regulas commu-

---

<sup>9</sup> *Epist. Mixtae*, I, 173.

<sup>10</sup> Cf. *Epist. Mixtae*, I, 162.

<sup>11</sup> *Cartas y otros escritos del B. P. Pedro Fabro*, I, 247.





**QUESTA PAGINA É BLOCCATA AI MEMBRI GRATUITI**  
Diventa un membro per sbloccare questa pagina web

# IMMERGITI NELLA FANTASIA, NELLA MAGIA, NELLA MITOLOGIA E NEL FOLCLORE

La membership completa a  
Forgotten Books da accesso a  
484.473 libri antichi e moderni,  
di genere fiction e non-fiction.

**Continua**

\*Politica di equo utilizzo



mplo ms., quod in codice *Natal. instr. Lusit.* habetur, omnium eo convenit, stilo tamén castigato et pluribus documentis impressis. Multo magis concordat exemplum laudati codicis originali lusitano, prout suo loco notabimus.

Eandem instructio pro collegiorum institutione et examine, qui in Societatem admitti postulant, desumpta est a Rodericio partim ex illis primis *Constitutionibus de paupertate, de conditionibus... de fundandis Collegiis et de Scholasticis*, quae a Rodericio ejusque sociis Romae anno 1541 scriptae, et a P. Joannes de la Torre Matrili, anno 1892 sub n. 2, editae fuerunt<sup>13</sup>. Pars prior prior pars ad litteram fere deprompta et lusitanice reddita est a Rodericio, cui, jam in Portugallia commoranti, ab Ignatio transmissa fuisse videtur. Caetera partim mutata, partim suppressa sunt, ut quivis per seipsum videre potest. Mutata sunt aliqua de impedimentis, de examine eorum, qui in Societatem admitti postulant, et de distinctione graduum professorum et adjutorum; quae quidem scripta fuisse videntur post auctoritates apostolicas «EXPONI NOBIS», a Paulo III 6 Junii 1546 de auctoritate adjutorum spiritualium et temporalium promulgatas.

Ad finem horum monumentorum habentur ritus quidam et caerimoniae, quae in votorum nuncupatione, antequam Societatis institutiones in Lusitania promulgarentur, persolvebantur. Hi ritus a ratione, communiter in Societate servata, multum abhorrebant, ideoque a P. Natali anno 1553, dum illam provinciam revisit, prorsus sublatis fuerunt<sup>14</sup>. Accedunt varia documenta, tum ab iis, qui vota nuncupabant, observanda, tum confessariis pro recta poenitentium directione adhibenda; quae a Rodericio composita videntur. Et haec de Rodericii monumentis, in hoc volumine exhibitis, dixisse sufficiat.

Indices, in hac serie adhibiti, ad calcem hujus voluminis caeteris, qui in ejusdem initio describi non potuerunt, simul adscripti reperientur.

---

*Constitutiones Societatis Iesu Latinae et Hispanicae*, pag. 306-309.  
Cf. *Epist. P. Nadal*, I, 186, annot. 1.







# P. SIMONIS RODERICII

RIUM DE ORIGINE ET PROGRESSU SOCIETATIS JESU

ULYSSIPONE, 25 JULII 1577 <sup>1</sup>.



AD REUERENDUM ADMODUM IN CHRISTO  
REM EUERARDUM MERCURIANUM  
AEPOSITUM GENERALEM SOCIETATIS JESU

DE ET PROGRESSU EIUSDEM SOCIETATIS VSQUE AD EIUS  
CONFIRMATIONEM COMPENDIARIA ENARRATIO <sup>a</sup>

a multis, diuersis in locis, rogatus, vt modum generationem, quam Deus Optimus Maximus iam inde a ietatis exortu seruauerit in ea inchoanda et cogenda, arem, recusauit; neque ad scribendum potui renuenire appellere, cum aliqua, quorum nondum memoria ea de re percontantibus, breui narratione pateface- vt tuae R.<sup>dae</sup> Paternitati id praecipienti libenter obnunc scribam, metuens ne multa mihi, homini seni, ttantur, cum, et minus firma soleat esse senum me- uae literis sunt custodienda, ab hinc annos quadra- gisse constet. Illud vero in primis tuae R.<sup>dae</sup> Pater- ni, cogitantem me saepe, qua ratione a tam exiguis d tantam amplitudinem, solius Dei potentia, Societas a, recordari etiam memoriaque repetere, quemadmo-

*ulus et ea, quae illum praecedunt, in hunc modum, emendato  
, habentur in romana editione: De origine et progressu So-  
isque ad eius confirmationem commentarius. P. Simonis Ro-  
uit e novem sociis S. Ignatii Patris.—A. R. P. Everardo Mer-  
posito generali Societatis Iesu.*

retypo, in codice *De orig. et progr. S. J.*, infra, ad calcem  
nis descripto. Vide dicta in praefatione, pagg. 437-440. Nu-  
es, inter hujus commentarii versus interjecti, indicant singu-  
m et paginarum archetypi initia.





**QUESTA PAGINA É BLOCCATA AI MEMBRI GRATUITI**

Diventa un membro per sbloccare questa pagina web

**RISPARMIA \$3,999,994**

Sapevi che vendiamo anche libri in edizione economica?

Acquistare l'intero catalogo di libri in edizione economica costerebbe oltre \$4.000.000.

Accedi a tutto per \$8.99 al mese

\*Politica di equo utilizzo

**Continua**



dicitur, 2 ab illustri familia de Loyola oriundus; qui, postquam fallacibus huius miseræ vitæ rebus nuntium remisit, et se totum diuino mancipauit obsequio, semper immenso hominum salutis desiderio exarsit; eundemque in quamplurimis laboribus constantem diuina Sapiencia (a qua ab vtero matris suæ in lapidem quadratum noui huius aedificii fuerat electus) identidem exercuit; quippe tusionibus, pressuris expoliti, lapides suis coaptantur locis per manum artificis <sup>1</sup>. Quem vt pluribus, ac difficilioribus exagitatam laboribus, in multis denique tentatum, semper reliqui socii tanquam parentem coluerunt, tanquam ducem sequuti sunt. Postremo post annos aliquot praepositum generalem Societatis Iesu vna animorum consensione declararunt.

2.<sup>us</sup> fuit Pater magister Petrus Faber, ex allobrogum gente, qui tum familiari, sanctaque Patris Ignatii consuetudine, tum vitæ admiratione commotus, prope mirabilem viuendi rationem iniens, sese ex toto corde Deo consecrauit, et incredibili caepit desiderio inflammari Hierosolymam atque sacra eius loca adeundi, suamque vitam impendendi in hominum salutem, vt a tenebris eos ad veritatis lumen, ab interitu ad vitam reuocaret. Quo in Patre, vt alias eius plurimas omittam virtutes, floruit praecipue rara quaedam et iucunda in tractandis hominibus suauitas et gratia, quam hactenus in nullo alio vidisse me ingenue fateor. Nam nescio qua ratione ita se in aliorum dabat amicitias, ita sensim in aliorum animos influebat, vt et morum consuetudine et grata sermonis lenitate cunctos, quibuscum ageret, in Dei amorem vehementer raperet.

3.<sup>us</sup> extitit Pater magister Franciscus Xauier, genere nauariensis, qui quo tempore haec euenerunt, cum duobus aliis antecedentibus Patribus, simul studio literarum vacabat; omnes-

<sup>1</sup> Haec alludunt ad illa, quae canit Ecclesia in hymno 1 Vesp. Dedicacionis templi:

Scalpri salubris ictibus,  
Et tusione plurima,  
Fabri polita malleo,  
Hanc saxa molem construunt,  
Aptisque juncta nexibus,  
Locantur in fastigio.



que in collegio diuae Barbarae in eadem domo, distinctis tamen cubiculis, diuersabantur: atque ita eorum opera et familiari congressu adductus Xauier pristinam reliquit viuendi normam, et instituens meliorem, ad proximorum salutem, et sacrosancta Hierosolymae **2v** loca perlustranda totum se conuertit. Is fortis et constans in suscepto consilio semper fuit; et quanuis iam tanto animi ardore esset incensus, nihilominus, se ipsum frangens atque superans, adduci potuit, vt publice aristotelicam philosophiam per tres annos cum dimidio profiteretur in collegio, si probe memini, beluacensi \*. Quo egregie functo munere, in secretum quendam locum sese abdidit, vt orationi, corporis castigationi, confessioni et sacro Christi conuiuio assidue vacaret; saepius cum P. Ignatio, raro cum aliis sociis communicans. At in corpore affligendo incauto, sed pio quodam feruore aliquando correptus, funiculis rigidis quidem et inter se se bene colligatis, ita lacertorum toros et coxendices religauit vehementer, vt intumescerent, et funiculorum vix vllum appareret vestigium: tantusque erat tumor, vt eos abscindendi nulla esset spes. Interim tamen fiebat oratio a sociis cum ingenti dolore pro eo: sed hoc incommodo duos fere dies acerbissime iactatus, metuentibus sociis, ne saltem alterum brachiorum, quod arctius fuerat constrictum, scinderetur, singulari Dei misericordia (me prorsus ignorante repentinae sanitatis rationem) plane conualuit; vt tam multi homines tum christiani, tum a Christi fide alieni, tandem ipsius opera et diligentia sempiternam felicitatem assequerentur. Deo igitur, totius bonitatis auctori, gratiae agantur ingentes.

Quoniam uero diximus patrem hunc in secretum locum secessisse, vt orationi diligentius mentem intenderet, non erit abs re, quid alii patri, eidem occupationi intento, contigerit, hoc loco inserere. Patrem igitur alium, in cubiculo domus cuiusdam cuius se ad expianda crimina generali confessione parantem, vt mos

\* «*Collège de Dormans, ou de Beauvais, —rue Saint-Jean-de-Beauvais, n. 7, fut fondé en 1365 par Jean de Dormans, cardinal-évêque de Beauvais et chancelier... S. François Xavier y enseignait la philosophie, quand il s'attacha à Saint Ignace.*» MEINDRE *Catalogue des principaux collèges de Paris au XVI<sup>e</sup> siècle*, apud PRAT, *Maldonat et l'université de Paris* pag. 534.



est in Societate, domestica quaedam ancilla, statim a prandio, primum quidem verbis aggreditur blandis, ac impudicis lenociniis, tum, brachiis iniectis, sternere humi tentat, vt conceptam impuri sceleris turpitudinem admittat: resistit pater, ac repugnantem a se repellit: tandem repulsa grauiter dolet, hominemque relinquit pudefacta; iamque excedens: vere inquit, rusticum et agreste animal es. Quo ex periculo, aliisque huiusmodi non minoribus, pater hic, adiuuante domino, euasit victor.

3 4.<sup>m</sup> locum lusitanus quidam natione obtinet<sup>o</sup>, qui, ob indignitatem, nomen habere inter alios adeo excellentes perfectosque Dei seruos non meretur. De quo, ne series narrationis interrumpatur, illud vnum dixerim, fuisse hominem diuinitus impulsum, et a Deo ad anteactae vitae rationem in diuinum obsequium commutandam mirabiliter incitatum. Addiderim praeterea nunquam eum antea cum Patre Ignatio egisse, sed tantum illius eximiae sanctitatis audita fama, decreuisse animi sui sensa omnia ac cogitationes illi aperire; ignorantemque quid tres alii animo versarent, statuuisse Hierosolymam contendere, totumque suae vitae tempus ponere in proximorum salute procuranda.

Fuit 5.<sup>m</sup> ab iis 4.<sup>or</sup>, decurso fere anno, Pater Iacobus Laynes; 6.<sup>m</sup> autem, post Laynem, hebdomada transacta, Pater Alfonsus Salmeron, hispani ambo, qui saluberrima quadam directione in via Dei, a Patre Ignatio eis tradita, tantum diuino beneficio profecerunt, vt cum alter alterius consilia ignoraret, vterque decreuerit seculi illecebris nuntium remittere, nauigari Hierosolymam, uitaeque genus illud deligere, quod a caeteris iam fuerat susceptum. Facio de his simul mentionem, quia simul ambo ex Hispania Lutetiam uenerunt addiscendi gratia, ambo eodem ferme tempore eandem sententiam, eandemque viuendi rationem amplexi sunt.

7.<sup>m</sup>, paulo post superiores duos patres, fuit Pater Nicolaus Bobadilla, hispanus, qui, sancta etiam familiaritate Ignatii permotus, idem quod alii amplecti decreuit; et quidem antequam quid

<sup>o</sup> Quo sensu haec intelligenda sint, ut cum illis cohaereant, quae scribit **Consalvius** in suo *Memoriali* (*Monum. Ignat., Scripta de S. Ign.*, I, 120, 221), vide apud **ASTRAIN**, *Historia*, I, 73, annot. 1.





**QUESTA PAGINA É BLOCCATA AI MEMBRI GRATUITI**

Diventa un membro per sbloccare questa pagina web

# IMMERGITI NELLA FANTASIA, NELLA MAGIA, NELLA MITOLOGIA E NEL FOLCLORE

La membership completa a  
Forgotten Books da accesso a  
484.473 libri antichi e moderni,  
di genere fiction e non-fiction.

**Continua**

\*Politica di equo utilizzo



Perseuerantibus itaque septem primis patribus (nondum enim aliqui se dederant in eorum societatem), in diesque magis ac magis nouo desiderio nouoque sui propositi ardore incitatis, agi coeptum est de tempore, quo e finibus parisiensibus, ad exequenda bonis initiis suorum animorum desideria, demigraretur. Et quoniam decreuerant (eos Domino reducente ab hierosolymitana peregrinatione) procurandae proximorum saluti se totos tradere, uisum est theologicis adhuc literis, per annos ferme tres, amplius studendum, neque aliquam exterioris hominis mutationem faciendam, sed eodem modo, quo ad illud usque tempus, perseuerandum. Oportere etiam, iudicatum est, rem adeo grauem, atque arduam, tantaeque difficultatis et ponderis, prius Deo aliquandiu commendandam; maioribusque virtutum praesidiis munienda pectora ad progrediendum ulterius, ad impedimenta superanda, et aliis, quae saepe intendi solent, periculis occurrendum.

Deinde longam post disputationem ad maiorem rei firmitatem statutum est, ut sese omnes voto obstringerent paupertatis, castitatis, Hierosolymam nauigandi, et post reuersionem, Deo diuante, proximorum salutis tam fidelium quam infidelium omni sollicitudine procurandae, diuinum uerbum omnibus praedicandi, sancta denique confessionis, et eucharistiae 4 sacramenta absque ullo stipendio ministrandi; statimque explicarunt patres non teneri se paupertatis voto, dum Lutetiae in literarum studia incumberent, posseque libere viatico ad hierosolymitanam peregrinationem uti necessario. Vouerunt praeterea nihil se unquam accepturos pro sacro missae faciendo, fatentes tamen inuenire licere, et pro missarum sacrificiis, et pro aliis rerum diuinarum ceremoniis obeundis, stipem accipere. Verum illi, quotactius paupertatem et euangelicam perfectionem amplecterentur, licitis etiam rebus sese uoluerunt ultro abdicare, ut, quoad fieri posset, haereticorum calumniam malitiamque vitarent, panem illis praecedentes occasionem asserendi id fieri specie pietatis, ut ita quaestus facerent maximos, et ditiores ac locupletiores redderentur.

Quoniam uero nonnulli ardentem cupiebant infidelibus euangelicae ueritatis lucem praeferre, coeptum est ea de re tractari:



cumque iam apud omnes mira quadam animorum alacritate esset statutum, vitam ipsam, si opus foret, constanter fundere pro re quapiam, quae ad maiorem Dei cultum et venerationem spectaret, in eandem omnes sententiam uenerunt; ardentius illi quidem, vel minus inflammate, secundum mensuram donationis Christi. Haec porro ipsorum vota Christi fidei propagandae, communi omnium consensione, ita fuerunt temperata, ut Hierosolymam omnes nauigarent, ibique rem hanc Deo rursus commendarent. Quod si tunc, inquiunt, haec pluribus sententia probetur, oblatam nobis diuinitus occasionem arripiamus. Nam quae melior quaeue propitior potest offerri? At si plures in oppositam sententiam eant, omnes simul, nulla facta disiunctione, redeamus.

Statutum praeterea est, ut si intra unius anni circulum, postquam Venetias ventum fuisset, omni adhibita diligentia, Hierosolymam nauigare non liceret, nullo obstricti voto Romam (quod faciendum etiam erat hominibus iam reuersis Hierosoly-ma) contenderent; summo pontifici ad pedes sese abiicerent, illum suarum cogitationum participem facerent, vitamque suam hominum saluti consecratam declararent; tum demum, quid hac in re consilii praestaret pontifex, suppliciter de ipso quaererent. Quod si diuino numine afflatus haec suscepta consilia comprobaret, tunc, quo melius res cederet, liberam ubique terrarum ad concionandum, confessiones audiendas et sacrum eucharistiae epulum exhibendum facultatem efflagitarent; darentque operam **4v** uti intelligeret summus pontifex paratos esse se, pro ipsius arbitrio, ad annuntiandum Christi euangelium sine vlla tergiuersatione per totum terrarum orbem, etiam in locis Turcae subiectis aut aliis tyrannis a Christi religione abhorrentibus. Haec prima Societatis nostrae, Pater admodum Reverende, lineamenta fuerunt. Votum autem, si recte memini, primo nuncupatum est anno 1534, die Augusti 15.<sup>o</sup>, et eodem beatae Mariae Virginis Assumptioni sacro, quam quidem Virginem cuncti patres fautricem hac in re, adiutricem atque aduocatam apud filium Iesum dominum nostrum susceperunt: deprecatores etiam adhibentes B. martyrem Dionysium, cuius in sacra quadam aedicula vota haec primo fuerunt emissa.









**QUESTA PAGINA É BLOCCATA AI MEMBRI GRATUITI**

Diventa un membro per sbloccare questa pagina web

**RISPARMIA \$3,999,994**

Sapevi che vendiamo anche libri in edizione economica?

Acquistare l'intero catalogo di libri in edizione economica costerebbe oltre \$4.000.000.

Accedi a tutto per \$8.99 al mese

\*Politica di equo utilizzo

**Continua**







commendandus, cum Patre Fabro, quem maturare Parisiis profectio-  
nem audierat, de caeteris sociis nihil dum tale cognoscens,  
ita est loquutus: « Verum ne de te audio, Faber? tu ne Parisios  
relinques? tu Lutetia tanto cum tui animi dispendio abibis? Ego  
profecto sic arbitror, te sine lethali culpa hinc discedere non  
posse, cum certissimum multis hominibus remedium auferas, et  
in incerta aliorum hominum salute operam ponere contendas.  
Neque hoc leuiter dici a me putes; si enim voles, uniuersis pa-  
risiensibus in theologia facultate doctoribus conuocatis, id tibi  
firmissimis rationum praesidiis confirmabo.» Diuina tamen pro-  
uidencia longe aliud constituerat.

Accidit quoque sub idem tempus, dum profectioem patres  
pararent, vt insperatus Pompeiopoli nuntius ad Xauerium veni-  
ret, qui retulit electum ipsum esse in canonicum ecclesiae pom-  
peiopolitanae. Quae forte res instabili et fluctuanti homini ali-  
quam afferre perturbationem posset. At ille haec iam et maiora  
alia pro nihilo reputabat. Haec sunt, quae breuiter de Societatis  
ineuntis rebus Lutetiae primum gestis potui scribere; omnia  
eorum iudicio committens, qui ea firmissime memoria retinuerint.

Posse hispanos homines Galliam transire, cum tantum arde-  
ret bellum inter reges illos potentissimos, difficile admodum vi-  
debatur. **6v** Nihilominus re considerata, visum est tutius iter e  
Gallia in ducatum Lotharingiae, quae nec a gallis, nec ab hispa-  
nis dissidebat, sed vtrisque erat amicitiae faedere coniuncta. Re-  
gio haec quadam ex parte Galliam, ex altera Belgiae ditones  
quasdam attingit, 3.<sup>m</sup> vero eius latus Heluetiis est vicinum. Hac  
autem statuebant patres Germaniam ingredi, per quam et hi-  
spani et galli habere iter poterant; longum illud quidem, sed  
paulo tutius. Nam spatium illac conficiendum, Parisiis Italiam  
uersus, erat instar lunaris semicirculi, aut duorum laterum trian-  
guli; cum, si recta pergendum esset, vnum duntaxat latus con-  
ficiendum restaret. Verum necessitate coacti longum illud iter,  
sed aliquanto securius, ingressi sunt.

In hunc autem modum patres Parisiis profecti sunt; oblonga,  
sed trita veste, in modum parisiensium scholasticorum, ibant  
induti; manibus gestabant baculos; galero tectis capitibus; pro-



erat e scapulis mantica ex corio, vbi Biblia, Breuiarium, nulla scripta asseruabantur; suspensum e collo rosarium in oculis patebat; fimbrias prolixarum vestium, ne impedirent hominibus, qui pedibus iter prosequerentur, surreductas premebant cingulo. Illo igitur die, quo egressi, diuinae prorsus fidei concrederent; at traditi gratiae Dei, ita tantes, et quasi diem festum celebrantes, caeperunt iter habere, vt prae laetitia, uestigia humi figere haud quaquam viderentur.

quinque aut sex ferme diebus, prius aliqui e sociis decesserunt Meldis (quibus vulgo Meaux, ni fallor, nomen est) reliquos, Parisiis quaecumque supererant pauperibus interim erogare expectaturi. Haec vrbs octo et quadraginta millibus passuum, vt puto, distat Lutetia Parisiorum. Prima autem nocte is in eam instituti, tumor quidam ita magnus et sanguinosus in humero cuiusdam patris <sup>14</sup> eminere visus est, vt vel aspectu metum et horrorem iniiceret: tota nocte gemuit et doluit, modo in hanc, modo in illam terrae partem (illi lectus erat) se uoluens, moeroreque afficiebatur non cessari, metuens, ne propter tumorem illum a proseguendo impeditur. At illucescente die, temporeque dandi se viae, respiciens pater, non modo tumorem non reperit, sed vestigium quidem vllum tumoris.

Abis mihi hoc loco ueniam, Reverende admodum Pater, a proposito declinans, rem non minus gratam, quam mirari oratione complector. In ciuitate meldensi expectabant socios; interimque maiori ex parte, ut rei diuitererent, aedem D. Fiacrii, quae ab vrbe circiter duo passum millia distat, singulis ferme diebus petebant. Divus hic ius, vt fertur, cuiusdam Angliae regis filius haeres, aeterni desiderio inflammatus, terrenum reliquit, in remotas conuersas regiones (atque adeo a suis aliquandiu quaesitus, nusquam inuenit) in quibus solus, nemini notus, in summa uiuebat pau-

---

Rodericii, scilicet. Cf. ORLANDINUM, *Hist. Soc. J.*, part. I, lib. I, c. 1. TELLES, *Chronica*, I, 21; et BARTOLI, *Vita di S. Ignazio*, lib. II,





**QUESTA PAGINA É BLOCCATA AI MEMBRI GRATUITI**

Diventa un membro per sbloccare questa pagina web

# IMMERGITI NELLA FANTASIA, NELLA MAGIA, NELLA MITOLOGIA E NEL FOLCLORE

La membership completa a  
Forgotten Books da accesso a  
484.473 libri antichi e moderni,  
di genere fiction e non-fiction.

**Continua**

\*Politica di equo utilizzo



In transenda Gallia, semper interrogantibus patres galli respondere, suae gentis sermonibus se immiscere, et pro hispanis satisfacere (excipe tamen duos hispanos, qui optime gallicam callebant linguam): quod si aliquando de natali solo incidebat sermo, galli statim patrii soli nomen prodere; hispani, sigillatim hac de re interrogati, scholasticos parisienses se esse dicere. Hisque responsionibus ita omnia inuoluebantur, nunquam ut sciri posset aliquos esse hispanos homines in comitatu. Tamen cum aliquis vnus ex hispanis, qui peritus erat gallicae linguae, cum milite gallo iter faceret, rogatus ab eo separatim fuit, vnde nam esset oriundus? ille: «Parisiensis, respondet, scholasticus sum.» Urget miles: «De patrio solo est quaestio; vnde tu es?» Eandem pater iterat cantilenam. Miles stomachatus «Prohl inquit, bellua pinguis, id ego, scio;» continuoque, illum relinquens, abscessit.

Meldis postquam omnes cum ingenti animorum laetitia conuenerunt, de aliquibus rebus agere caeperunt; atque in primis, vtrum ex illo loco proficiscentes peregrinationem felicibus paupertatis **§** auspiciis aggredi deberent, corrogantes ostiatim eleemosynam; an potius tantum pecuniae (adhuc enim inter illos aliqua reperiebatur) deferendum esset, quantum ad perueniendum Venetias sufficere iudicaretur? Deinde, simul ne omnes, an diuisi in duas partes, an certe bini et bini iter essent habituri? Itaque re commendata Deo, post confessionem peccatorum, et sacrosanctae Eucharistiae sumptionem, visum est iter pedibus faciendum, vt iam statutum antea fuerat; illamque pecuniae summam asportandam loco eleemosynae, quae videretur necessaria ad veniendum Venetias; nec ullam prorsus diuisionem futuram. Iter enim faciendum erat inter haereticos, et tempore hiberno, quo itinera niue erant omnia constrata; fierique poterat, vt propter frigoris vim, aut in morbum aliquem aut periculum inciderent, quo ab itinere proseguendo et fine proposito retardarentur. His ita constitutis e ciuitate meldensi exierunt, gratias Deo agentes.

In itinere autem totam, vel bonam partem temporis in oratione, gemitibus, suspiriisque ad Deum, et in aliis piis meditationibus



ponere; interrogantibus, quo pergerent, respondere: «In aediui Nicolai», quae est in Lotharingia, multorum conuentu, religionis causa confluentium, celebris, et quo ipsis etiam uendum erat <sup>17</sup>.

Vix dum a meldensi oppido, biduo, triduoue processerit cum illos inusitato gaudio perfusos, caeptique itineris laet gestientes, duo quidam iuuenes, citatis equis, tandem conueniunt. Parisiis hi quamprimum decesserant, ubi sociorum egressum ac profectionem audierunt. Erat autem iuuenis alter quidam de sociis germanus frater <sup>18</sup>; alter uero non modo ex eadem ipsius natione ac gente, sed perueteri necessitudinis uinculo eidem obstrictissimus. Socium ergo illi adeunt: quo se ferat, quomodo mente agitet, quid conetur, sciscitantur; pericula turbulentiissimi temporis proponunt, ac omni tandem contentione de sententia dimouere contendunt. Absterrere fratrem a suscepto consilio frater nititur; reuocare amicum amicus contendit; ita ut uterque monet, videat quid agat, sibi prudenter consistere nec uero sit praeceps; instant acriter, ne inceptum vitae consilium abrumpat, ne concitatam de se spem temere prodigat, ne certissimis indigentiae, dedecoris, ac ignominiae telis se obiciat, ne tot laborum, periculorumque incursibus sese offerat. Quae multa? illas demum ad molliendum eius animum machinas adueniunt, quae a fratre charissimo, quae a beneuolentissimo artibus parari potuerunt. E contrario socius utrumque ad idem uel consortium tentat impellere; sed ut reuocari ipse a suo proposito non potuit, ita nec illi a suae vitae instituto diuelli. Duo igitur illi iuuenes, cum magno doloris sensu, a socio tandem dis-

---

<sup>17</sup> «St. Nicolas-du-Port, petite ville et com. de France, départ. de Meurthe (Lorraine), arr. et à 13 kilm. de Nancy... Cette ville située sur la Meurthe était autrefois le but d'un pèlerinage très-fréquenté... On y remarque une magnifique église gothique, commencée en 1494 et achevée en 1544. Elle est classée parmi les monuments historiques. BESCHREIBUNG DER GEBIRGE UND FLÜSSE VON FRAUENBURG, *Grand dictionnaire de Géographie*.

<sup>18</sup> BARTOLI, in *Vita di S. Ignazio*, lib. II, n. 28, ait hunc iuuenem se ipsius Rodericii fratrem. Et re quidem vera Parisiis studiis operam dantem eodem tempore Sebastianus Rodrigues de Azeuedo, qui erat nostri Socii germanus frater. Cf. TELLES, *Chronica*, I, 20.



untur, Lutetiamque repetunt: socii eodem animi ardore caelum iter persequuntur.

Consueuerant autem in hoc itinere, diuersorium ingredienti, omnium conspectu genua flectere, Deo gratias ob beneficia accepta agere, et praecipue quod salui et incolumes illuc accessissent: egredientes similiter flexis genibus a Deo prosperum iter, in omniumque rerum euentu auxilium et fauorem deprecari, cum demum se viae dare. Quae sane res iis, qui in diuersoriis erant, magnam admirationem mouebat, praecipue haereticis in Germania.

Hi vero attoniti, externos homines, alia loquentes lingua et habitu dissimili uestitos, contemplantes, latini sermonis peritos celeriter euocabant. Qui cum peiores, duriores atque obstinatiores sint, statim ad instituendam de fide disputationem nostros lacessebant; eam uero illi non solum non recusabant, verum etiam grauissimis obiecti periculis, falsam eorum sectam et inanem futilemque esse constanter ostendebant: quod facere decreuerant etiam si in apertum capitis discrimen **9** vocarentur. Quoniam uero haec saepe saepius contigerunt, proptereaue longa indigent narratione, cum ipse breuitatem mihi proposuerim, ne longus sim, illa omittam.

Cum iam Galliae fines egrederentur, quasi vltimum ei vale facientes, conscientiae sordes purgarunt ac Christi corpore sanctissimo se refecerunt; deinde post prandium venit ad eos gallus quidam nobilis cum magna armatorum hominum copia; cumque ei, contra catholicam et romanam fidem acerrime disputanti, bene a nostris fuisset responsum, excessit.

Cum vero in Lotaringiae limites ventum esset, maximum quidem periculum incurrerunt socii; timendum enim valde erat, ne hispani internoscerentur, atque adeo spoliati caperentur. Per id namque temporis regio illa militibus redundabat gallis, qui per hunc Lotharingiae tractum, in quandam Belgiae prouinciam irruerant, iamque multis abactis praedis, ita furenter hinc inde excurrabant <sup>e</sup>, vt in tanta rerum perturbatione, ne ipsi quidem Lotharingiae indigenae itineribus se committere auderent, mira-

<sup>e</sup> eccurrebant *ms.*





**QUESTA PAGINA É BLOCCATA AI MEMBRI GRATUITI**  
Diventa un membro per sbloccare questa pagina web

**RISPARMIA \$3,999,994**

Sapevi che vendiamo anche  
libri in edizione economica?

Acquistare l'intero  
catalogo di libri in edizione  
economica costerebbe  
oltre \$4.000.000.

Accedi a tutto per  
\$8.99 al mese

\*Politica di equo utilizzo

**Continua**



Cum neuter ab altero humi sterni posset, repetebat rusticus ille immanis: «Mecum ne tu? mecum ne tu pugnare audes?» Cupiebat iam vehementer pater rusticum a se reiicere; vires igitur colligit et, magno facto impetu, hominem a se excutit. Ille excusus viam patri in ciuitatem intercludit. Tunc pater, qui tiro adhuc in huiusmodi certaminibus erat et parum exercitatus, subterfugere se posse existimans, si in aediculam iterum velociter curreret, cursu citatissimo eo contendit: eadem celeritate hostis illum insequitur. Pater flexis genibus ante aram orat breuiter, **I**O alioque ostio celeriter euadens, ad ciuitatis viam, rustico insectante, regreditur: demum ad luctam rursus eodem loco, quo antea, reditum est; sed illius manibus sese pater expediens, quanta potest celeritate hominem a tergo insectantem effugit, vicumque iam in suburbiis ingressus, cum bonam ipsius partem percurrisset, hostem videt manentem et sub porticu quarundam aedium se recipientem, ac digito ad nasum erecto minantem sibi, quasi diceret: «Dabis tu mihi, dabis procul dubio aliquando debitas paenas.» Atqui pater cum fugeret, nemini se videri credebat; nullius enim oculos in se conuersos uidebat: et ex lucta ac cursu defessus, multumque, licet maximum vigeret frigus, sudans, ad socios uenit, nulla [*Sic.*] ea de re verbum faciens.

Ex hac profecti ciuitate, post duos vel tres dies, aliam Germaniae, quae partes Caroli quinti, imperatoris et Hispaniae regis, sequebatur, adierunt omnes. Eorum aduentum cum ciuitatis moderatores rescuissent, homines accersunt: remanentibus domi gallis, eunt hispani sui itineris reddituri rationem. Rogati quoniam essent, respondent, se homines hispanos esse; Parisiis operam literis nauasse, in Italiamque, gratia inuisendae Dominae lauretanae, quod facere certe constituerant, contendere; et hanc respondendi rationem per totam Germaniam diligentissime obseruarunt. Auditi, tandem fauste ac feliciter abire iussi sunt. Unus autem moderatorum, e concilio egressus, latine patres aggreditur, multaue disserit in contemptum peregrinationis lauretanae; sed illius futilibus, et quae per se caderent, rationibus optime a sociis fuit responsum.

Hinc egressi patres, plus temporis quam vnum et dimidiatum



mensem consumpserunt, antequam in Italiam venirent. Inter haereticorum fines, frigoris asperitatem perferentes, sermonis et viarum ignari (quae, vt dixi, perpetua erant niue costratae atque **IOV** occultae) Deum habentes ducem, cui totos sese tradiderant, in quo spem habebant, cuius gratia et amore, summo gaudio animorumque laetitia incredibili, omnibus sese difficultatibus, etiam vitae dimicationi opponerant; et ita omnia inferiora ducebant iis, quae pro Deo libentissime subire exoptabant.

Deinde post dies aliquot, Basileae, quae celebris Germaniae vrbs est, de uia fatigati, magnis confecti laboribus, frigoris, algoris et niuis saeuitia pene exhausti, tres fere dies conquieuerunt. Ibi ad eos saepius de fide disputandi gratia uentitatum est. Nostri audacter venientibus obsistere, eorum confutare errores, sanctae romanae Ecclesiae veritatem strenue defensitare. Calamitosa haec et infelix ciuitas a fide orthodoxa descuerat, neque in illa diuini cultus vestigium, exceptis concionibus, apparebat vllum. Templum superbum quidem, ac aedificio pulcherrimum; pro aris et sanctorum imaginibus, plures habebat rotas, conficiendis funibus destinatas. Basilienses haeretici, quo in templo parentum corpora sepulta iacebant, in eo suorum cadauera eo tempore non humabant, imo nec in caemiterio eidem vicino; sed, vt catholici christiani faetentia canum cadauera, aut aliorum animantium, amandant extra vrbs maenia in sterquilinum, ita ea, non praeeunte cruce, non facibus incensis, non pro demortuorum animis adhibitis precibus (nec erat quod alia vterentur funeris pompa, cum iam essent inferorum suppliciis adiudicati), non denique vlllo funebri apparatu, in coemptum agrum inferebant. Eo in templo terra iniecta contecti iacebant Zoinglius, Oecolampadiusque insignes haeretici, et alii complures, nec non Erasmus Roterodamus; viuus etiam in ea vrbe tunc temporis commorabatur Carolus Stadius, magnus et Il pestilens haeresum magister, quales et praedicti maiore parte fuerunt. Illud autem scitu est dignissimum, tam huius vrbs quam aliarum incolas haeticos, tanquam fanaticos et amentes, versari miseros. Deus, cuius proprium est misereri semper et parcere, illorum misericordja aliquando commoueatur.

Ignari erant socii germanicae linguae, proptereaue interro-



are haud poterant, qua eundum esset; vnde fiebat, vt saepe  
 inere deerrantes peragrarent excelsos colles, depressasque val-  
 es, niue genua superante. Verum enim vero his omnibus et aliis  
 uisumodi periculis liberavit eos Dominus. Accidit tum praeter-  
 a, ut, errore aliquando a via deflectentes, ad pagum amplum,  
 cuius incolae si non omnino, at certe non procul aberant a fide  
 catholica deserenda, iam de nocte peruenirent, et ad cauponam  
 diuerterent, vbi in computationibus, commensationibus, cantile-  
 nis et saltibus in gratiam sacerdotis, ipsius videlicet oppidi cu-  
 rionis, qui tunc forte uxorem duxerat, nox tota fuit posita. Uxo-  
 rius autem ille bonus et egregius sacerdos laetabundus gladio  
 ingenti munierat latus, illumque ostentabat, illum a tergo glo-  
 riose erecta cuspide iactabat.

Sexdecim etiam fere passuum millia ante Constantiam oppi-  
 dum est, cuius spiritalis quoque pastor duxerat uxorem, et filio-  
 rum copiosum alebat gregem, pestiferae atque haereticae sectae  
 peritus, in literis, vt prae se ferebat, mediocriter versatus. Hic,  
 intelligens accessisse patres, sub noctem, sex aut septem homi-  
 nibus ex primariis oppidanis constipatus, venit ad eos, ualde sane  
 defessos de via, contra fidem catholicam disputaturus: tantum-  
 que temporis in disputatione positum est, vt transactis iam ali-  
 quot horis, diceret curio: «En iam nox humida caelo praecipitat,  
 suadentque cadentia sidera caenam. Nam crastina die, (vt quae  
 ipse protulerit, usurpem verba) volo prorsus, vt domum **llv** meam  
 eatis, et uidebitis libros et liberos meos. Caenemus ergo, et cae-  
 nati rursus in certamen descendemus.» Placuit consilium. At,  
 inquit illi: «Omnes simul eidem assideamus mensae.» «Non,  
 respondent patres, ita fiet: cum haereticis et ab ecclesiae gre-  
 mio separatis hominibus caenandum nobis est? Non profecto id  
 unquam fiet, non nobis id continget unquam.» Tantus iam fidei  
 zelus eorum pectora comedebat. Subrisit sacerdos, aliaque mensa  
 ille suis cum comitibus usus est, et patres alia. Post caenam,  
 instaurata disceptatio est tanta contentione, tantaque cuiusdam  
 patris <sup>19</sup>, qui haeticum pungebat acerrime, efficacitate, vt cle-

<sup>19</sup> Hunc patrem fuisse Lainium dicit ORLANDINUS, *Hist. Soc. J.*,  
 part. I, lib. 1, n. 113.





**QUESTA PAGINA É BLOCCATA AI MEMBRI GRATUITI**

Diventa un membro per sbloccare questa pagina web

# **IMMERGITI NELLA FANTASIA, NELLA MAGIA, NELLA MITOLOGIA E NEL FOLCLORE**

La membership completa a  
Forgotten Books da accesso a  
484.473 libri antichi e moderni,  
di genere fiction e non-fiction.

**Continua**

\*Politica di equo utilizzo



se, desertos et absque praesidio remanere penitus arbitra-  
bantur.

Illo igitur die Constantiam peruenerunt, quae iam illo tem-  
pore communi omnium conspiratione a fide catholica defecerat.  
Erat tamen templum prope maenia extra urbem, in quo sacrum  
Missae fieri licebat, ita tamen vt, qui interfuissent pro illo au-  
diendo, nummum, nescio quem argenteum, denarii valorem pro-  
pemodum exaequantem, soluerent.

Inde profecti, post duram frigoris asperitatem, diuersosque  
labores, direxerunt patres iter in oppidum, cuius nomen non re-  
cordor, et mille passus ante, in nosocomium eorum, qui tetra et  
contagiosa laborabant scabie, subito inciderunt. Homines intuita  
faemina grauis annis, et eorum rosaria e collo pendentia, conii-  
ciens catholicos esse viros, currit, tollit in caelum oculos, bra-  
chia flectit in crucem, germaniceque proclamans, deosculatur  
rosaria. Nesciebant patres quid illa diceret, sed tamen e signis  
reputabant faeminam esse catholicam. Illa gestu ipso aliisque  
significationibus se patres iubet opperiri, intransque celeriter  
hospitalem domum, redit subito sinum rosariis, brachiis, 12v cru-  
ribus, capitibusque sanctarum imaginum, quas haeretici per  
summum scelus violarant, plenum referens. Flectunt socii genua  
humi, quae niue erat adoperta, prosternuntur, imaginumque  
sanctarum frustra religiose exosculantur: faemina gaudet, exul-  
tat, gestit, nec iam animi laetitiam cohibere ualens, simul cum  
patribus in urbem contendit. Vix portam ingressa, vociferari,  
clamoribusque magnis (vt ex vocum interpretatione postea intel-  
leximus) haereticos caepit obiurgare. «Ecce, ecce, dicebat illa,  
ecce, o scelerati perfidique homines, ecce e fraudibus compagi-  
nati toti, ecce hi christiani viri; nonne dixeratis mihi, fraudulen-  
ti, mortales omnes in pestiferos haereticorum errores iurasse?  
Mentimini, mentimini aperte scelesti; falsum id est, me decipere  
tentatis? Non profecto decipietis unquam: ego vos noui intus, et  
in cute.» Exploratum deinde nobis est, sanctam hanc anum nec  
minis nec largitionibus adduci vnquam potuisse, vt haereticorum  
sectam amplecteretur; ideoque, e ciuitate eiecta, in xenodochio  
illo cum aegrotis habitabat. Eam saepe postea haereticus qui-



dam amentia et pertinacia reliquas faeminas longe asseuerabat; imo quamuis totus terrarum orbis in veritate (sic enim ille suos appellabat errores) una consensione in tamen pertinax opinioni suae adhaerebit, suam perfractam tiam tuebitur. Hic saepe patres cum haereticis in concertamen descenderunt; cumque illi citarent aliquot Scripturae sententias, respondebant haeretici haud ita recte; deinde Biblia, quae ex latino in germanicum sermone tulerat Martinus Lutherus, aperiebant, locumque inspicuum nam his Bibliis loci fere omnes, quibus falsi eorum errores uinci poterant, vel erant mendosi, vel penitus expuncti habui, quae scriberem de germanica peregrinatione. Quae autem in ea multi alii a patribus fuerint labores exhausta culaque suscepta, ea ego, ne longior sim, silentio praebreuerque perstringam, quae illis, postquam Venetias est, contigerunt.

13 Ventum igitur est Venetias, ibique expectantem Ignatius magna cum animorum iucunditate inuenerunt; et nulla in sita mora deliberari caeptum est, quid usque ad illud tempus quo Hierosolymam nauigaturi naues conscenderent (erat adhuc transigenda dimidia fere anni pars) faciendum esset. Idem decretum est, partem illius pauperibus seruiendo in dochiis dandam, partem vero conterendam in itinere, quam mam essent non ita sero facturi ad benedictionem summificis impetrandam. Etenim eius facultate et benedictione trata, suis rebus maiori cura maiorique prouidentia a potestatis Deo prospectum iri, sibi socii omnino persuaserant.

Duo igitur nosocomia (alterum sanctorum Joannis et dicitur, et incurabilium alterum), in quibus suam pauperum atque aegris sedulo nauarent operam in duas partes diuisi gunt. Hic se exercentes, aliquando Ignatius, qui in alia habebat aede, inuisebat, et a patribus ipse inuisebatur; illi in dochiis seruire mendicis, lectos sternere, verrere domum, quid esset sordidum purgare, lauare pauperum aegrotantium scaphia, defunctorum corpora ad sepulturam rite cohonestate efferre, et terra, quam effoderant, religiose obducere, in



valetudinarius admittere nollet, vacuum nullum esse lectum asseuerans, instaretque nihilominus mendicus, et ille identidem recusaret, socius quidam <sup>13</sup>, misericordia commotus, valetudinarium obsecrat vti hominem excipiat: «Ego enim et lectum, inquit, et hospitium praebebo.» Admissum igitur pauperem eiusdem lecti facit socium. At pater postero die mane, paupere in xenodochio minime comparente, totus lepra surrexit infectus; nec tamen morbo tristis, sed laetus dicebat aliis: «Nihil est, fratres, nihil est.» <sup>14</sup> Attamen propter eos dumtaxat tristitia ingenti conficiebatur; sed sequenti die, ita sanus e lecto surrexit, euanescente lepra, ac si nunquam hoc graui et periculoso morbo fuisset oppressus.

In colina ° xenodochii incurabilium solebant mulieres tunc, pietatis causa, cibos parare tum faeminis, tum etiam viris aegrotantibus. In hanc quotiescunque patres ingrediebantur, vt cibos sui quisque valetudinarii deferret, semper eos faemina quaedam toruis oculis aspiciebat, conuiciisque, et inhonestis verbis lacesebat. Hinc factum est, vt quidam aliquando socius alteri diceret: «Nescio sane, quaenam sit illa faemina; quoties enim in coquinam eo, toties mihi succenset, et nescio quid mussitat.» Intulit alter: «Et mihi etiam irascitur: eam energumenam prorsus existimo; nam cum forte interesset, ipsa attente et efficaciter cum aliis loquens, ait:—Vos quinam mortaliū hi sint, penitus ignoratis: hi sane sunt magni viri et summa doctrina praediti. Ego, quoad potui, enixa sum, ne huc illi peruenirent, sed nihil demum obtinui.» Notauit verba pater ille; statimque in animum induxit, eam a daemone obsessam esse. Cum vero iterum in colinam ingrederetur, immensis ab ea vociferationibus fuit exceptus: qui dum bonis et blandis verbis illam lenire ac mulcere

---

° Sic veteres scribebant hoc verbum, quod nunc culina dicitur. Cf. FORCELLINUM.

---

<sup>13</sup> Ipse, scilicet, Rodericius. SACCHINUS, *Hist. Soc. J.*, part. IV, lib. VII, n. 270. TELLES autem *Chron.*, I, 23, ait: «Sabemos de certo que succedeo este caso ao Padre mestre Simam; porem (pera tambem aqui triumphar sua humildade) no tratado, que elle fez dos sucessos destas suas peregrinaçoens... conta este caso em terceira pessoa.»





**QUESTA PAGINA É BLOCCATA AI MEMBRI GRATUITI**  
Diventa un membro per sbloccare questa pagina web

**RISPARMIA \$3,999,994**

Sapevi che vendiamo anche  
libri in edizione economica?

Acquistare l'intero  
catalogo di libri in edizione  
economica costerebbe  
oltre \$4.000.000.

Accedi a tutto per  
\$8.99 al mese

\*Politica di equo utilizzo

**Continua**



habet. Sacerdos caelestem panem ad aegrotum commorante  
 ruri extra oppidum portans, in agro asinorum gregem offendit:  
 asini venienti curioni occurrunt, et quasi rationis compotes,  
 humi flexis genibus, ad vtrumque viae latus prosternuntur;  
 sacerdos cum puero, quem tantum habebat socium, rei admira-  
 tus nouitatem et reuerentiam ab animantibus exhibitam augu-  
 stissimo sacramento, medius inter asellos ingreditur: surgunt illi,  
 eodem, quo se prostarant, ordine; et quasi pompam ducentes,  
 praeceuntem presbyterum sequuntur: qui cum aegroto erant,  
 attoniti miraculo, quidnam portenderet res illa, rogitabant  
 presbyter etiam et famulus in admirationem ducti, praedicta  
 narrabant. Itaque sacerdos, postquam Christi augustissimo cor-  
 pore aegrum recreauit, egressus, stantibus ante fores ianuae  
 benedictionem impertiuit; qua accepta, asini quoque, qui eandem  
 expectare videbantur, ad solita pascua prae laetitia exultantes et  
 gestientes abierunt. Id multis testibus diligentissime interroga-  
 tis, in publicas tabulas relatum fuit; et Venetiis, quo tempore  
 illuc patres peruenerunt, a concionatoribus pro concionibus pu-  
 blice referebatur. Atque hinc traxit originem societas illa, seu  
 confraternitas sanctissimae Eucharistiae sacramenti. Editum vero  
 miraculum hoc est in veneta ditone, et in paroecia cuiusdam  
 oppidi, cui, ni fallor, nomen est Villa Noua, vicina Hastiano,  
 patauini collegii fundo. Et quoniam ego illic fui, atque vt rei  
 ueritas elucesceret, diligentiam non leuem adhibui, 15v ausus  
 sum hic eius narratiunculam inserere.

Duos menses cum dimidiato in nosocomiis fuerunt patres: et,  
 remanente Ignatio Venetiis, Romam profecti sunt, initium pau-  
 pertati primum hoc itinere facientes: nam solum eleemosynis  
 ostiatim emendicatis uitam alebant, et modo in xenodochiis,  
 modo in paleariis, interdum vero in stabulis, somnum capiebant,  
 lassi, calceis, tibialibus, vestibisque aqua madidis; nec tamen  
 (quod sane magis admirari soleo) in morbum incidebant vllum. In  
 hospitalibus domibus consueuerant mendicis doctrinam christia-  
 nam, aliasque orationes, quarum erant inscii, tradere; ita vero  
 paupertatis erant studiosi, ita illi adhaerebant, vt ne transuer-  
 sum quidem vnguem ab ea discederent; sed tantum cogebant



ibi, quantum in praesentia, nihil omnino in aliud tempus reser-  
 antes, sufficere iudicabant. Cum iis, qui se forte dabant obuios,  
 instituebant diuinos sermones modeste et suauiter: qua in re, et  
 in recitandis litaniis, psalmisque dauidicis cantitandis, bonam  
 itineris partem conterebant. Quae cum aliqui contemplarentur,  
 et asperam, quam sequebantur, viuendi rationem animaduerte-  
 rent, ac eorum sancta colloquia, deque diuinis rebus frequenter  
 sermones perpenderent, statuebant apud se homines in proxima  
 urbis Romae direptione fuisse versatos; ideoque durissimis sup-  
 pliciis se affligere, Romamque, a pontifice absolutionem impe-  
 traturos, contendere.

Venetiis egressi, Anconam versus caeperunt iter habere, ad  
 oram Adriatici maris. In quo sane itinere, duos aut tres dies sine  
 vilo fere cibo (neque enim locus vllus Rauennam vsque sese ob-  
 tulit, vbi cogeret eleemosyna) transegere socii. **16** Accidebat  
 interdum, vt tum propter cibi inopiam, tum viae labores, adeo  
 redderentur imbecilles, vt nec vlterius progredi, nec referre pe-  
 dem possent. Ergo omni totius consolationis humanae spe sub-  
 lata, Deo (quod illis vnicum relictum erat remedium) sedulo se  
 commendabant. Atque in iis difficultatibus videre sane erat  
 vnumquenque aliorum potius calamitate affici, aliorum potius  
 miseriis et laboribus, quam propriis, vehementer commoueri.  
 Itaque eo imbecillitatis aliquando ventum est, vt quidam prae  
 lassitudine iacerent humi, alii super terram sederent: e quibus  
 vnus seorsim a reliquis sociis ad alium, qui multum se Venetiis  
 inedia confecerat: «Recordaris, inquit, Pater, anteactae Venetiis  
 penuriae, quando huiusce laboris ne in mentem quidem venie-  
 bat, cum ambo etiam necessario pane ad corporis sustentationem  
 nosmet fraudabamus?» Tum recte se ab illo intelligi non dubi-  
 tans, addidit: «Id ne mihi rursus eueniat, diligenter curabo; pol-  
 liceor enim nunquam non sumpturum me, modo possim, tantum  
 panis, quantum ad tolerandam vitam, similesque alios exorben-  
 dos labores opus esse cognouero.» Quae verba pietate commotus  
 erga alios, qui ita debiles erant et imbecilles, atque omni humana  
 ope destituti, pater hic usurpauit: subiunxit enim: «Si mihi, quae  
 quondam fuerat, vis illa maneret, si robur, quod emarcuit illam



ob inediam, quam vterque sustinuimus necessaria tionem minime sumentes, vigeret adhuc, certe pagu rem aliquem, vnde auxilium ad hanc patrum necessi uandam implorarem; vnde aliquid adducerem, quo alleuamento. » Verum auctis tandem diuinitus viril progredientes, ciboque exiguo paululum recreati, nuerunt iter.

Fluuium deinde offenderunt, qui maximis ac perq bus ita excreuerat, vt inundantium aquarum copia mille extra alueum efflueret, emendicandoque illo di tum acceperunt exiguos panes; quorum vnum vel al taxat frustulum singulis in cibum 16v obtingebat, nihilo certe lautius accubuissent. Ad ripam igitur fl nissent patres, rogant portitorem, vt ipsos transu portitor, id nequaquam fieri posse asseuerans: socii et famis et fluuii traniiciendi redacti, rursus qua precibus a portitore contendunt, se vt traiciat. Ille tigatus ad tumulum altera ex parte ripae eminenten cit, digito qua sit eundum, et quo veniendum dem passus mille, aliquando vmbilicum, aliquando pect aqua, conficiunt. Ex illa autem aquarum inundati emergentes, in pinetum propinquum incidunt: subit fame, nuces pineas deturbant, frangunt, edunt. Nir bor, prouentus fere nullus, et summum temporis quapropter progrediendum esse vltius visum e Haec accidere dominica in Passione, qua die pater pedem diuturna scabie habebat aspersum, sanatus e de nocte, madidi, defessi et fame enecti Rauennae i domum fuerunt excepti.

Accidit porro, vt tribus quibusdam sociis, quibus tium obuenerat, lectus fuerit exhibitus satis immun cuius sindones madidae, sanieque valde maculatae e men propterea eorum vnus absterritus est, quon alter saltem uestitus, se illi committeret. Nam tertiu

<sup>24</sup> Simon Rodericius hic fuisse dicitur a BARTOLI, *Vita* lib. II, n. 32; et a BOBRO, *Vita del... P. Simone Rodriguez*





**QUESTA PAGINA É BLOCCATA AI MEMBRI GRATUITI**

Diventa un membro per sbloccare questa pagina web

# IMMERGITI NELLA FANTASIA, NELLA MAGIA, NELLA MITOLOGIA E NEL FOLCLORE

La membership completa a  
Forgotten Books da accesso a  
484.473 libri antichi e moderni,  
di genere fiction e non-fiction.

**Continua**

\*Politica di equo utilizzo



forma, verum dissolutis moribus et perfricta fronte offendit: cognoscensque ex illarum ore impudentique licentia, parum eas esse pudicas, celerius quam ascenderat, deorsum redit. Hominem puellae instanter vocant, monent ne regrediatur; nihilo tamen tardius ille descendit; iamque ad imos fere gradus in latiori quodam scalae atriolo concionatorem agit magno ardore ac zelo, prout Spiritus dahat illi. Descendunt illae, vt melius concionantem percipiant; iamque signa paenitentis animi praebebant, praecipue vna ex illis, quae ingentem lacrimarum vim ex oculis profundebat: cum ecce monachus ad ostium inexpectatus se se offert, solus, sine sociò, habitu augustinianorum fratrum indutus, colore fuscus, senex (annos enim quinquaginta et eo amplius videbatur agere), deformi facie, melancholicus, sanguineis et interlucentibus oculis, et vt prae se ferebat, dentium quosdam contractos, quosdam comminutos, et pene exesos habebat. Tum hispanice ad patrem loquens, et iracundia ac stomacho exardescens, quasi rem suam ageret: «Heus, inquit, domine, descende isthinc; mitte faeminas: quid tua cum illis? Ecquid inducis animum eas a te saniori vitae disciplinae restituendas? falleris, non sane resipiscent; veni age, veni, mitte eas: cur frustra oleum et operam perdis? missas illas fac et iam descende.» Pater, vt erat incensus, a 18 sententia non destitit. At illa, quae caeperat plorare, tamquam a Deo permota, ad patrem ait: «Miseram me et infelicem! quae mihi meae salutis relicta est spes? nulla prorsus, si tecum hinc Romam non commigrem: ibi enim tua industria aliqua recte viuendi ratio se se mihi offeret.» Pater faeminae locum vt mutet, probamque viuendi ingrediatur viam persuadet; Romam autem in suo comitatu contendere, minime decere significat. Dein, faeminis relictis, ad monachum, qui omnia haec tristi et vultuoso supercilio audiebat, sermonem conuertens: «Deus te, inquit, beet; et vnde te ita solus, aut quo pergis?» At ille: «Roma, inquit, profectus, Venetias peto.» Nec multa verba fecerat, cum discessit, et quasi negocium aliquod gesturus, circumibat latum quendam vicum, instar fori, qui ad oram fluuii protenditur, vbi in cymbas vectores conscendunt; totiesque se modo in hanc, modo in illam partem tanta pernecitate voluebat; toties, ihat, toties



redibat, vt publicanum potius sollicitum, ne de suo quaestu, aut lucro clanculum aliquid in eo vico surriperetur, quam religiosum monachum agere videretur. Pater eum in tam multas partes frustra se conuertentem, atque in hoc loco, repenteque in alio remoto comparentem cum aspiceret, non poterat non vehementer mirari. Cum iam igitur vna cum sociis scapham vellet ascendere, ecce faemina plorans adest, et « Tecum, ait, migratura sum. » Rem sociis, quid euenisset ignorantibus, pater exponit; multique circumfusi vndique ad fluuii ripam, de re quam sciebant, inter se colloquebantur: sed cum patres, faemina prius nauiculam intrare conante, negarent se simul cum illa ituros, a portitore tandem exclusa, vela fecerunt, multum faemina, illis abeuntibus, illacrymante.

18v Rauenna profecti patres, in portum, ad quem fuerunt appulsi, quorundam relatu cognouerunt inde Anconam vsque fluuios aliquos traiciendos restare. Praeterea quoniam perpetuo pluebat, visum est oportere nauiculam aliam conscendere. Eam ergo sine villo cibo, sine villo potu, imo sine vlla pecunia, quam portitori pro vectura penderent, ascenderunt; transactoque deinde integro die, integraque nocte, Anconam delati, portorium exigenti magistro affirmant, ne sibi quidem teruncium suppetere. Portitor egressuros eos furibundus negat, imo iureiurando se obstringit e nauigio haud dimissurum illos: socii nihilominus hominem rogant, vt aliquem e patribus patiatur exire, qui emendicando aliquid cogat, quo ei satisfiat. Ille rogatis tandem acquiescit. Is, qui, nondum sacris initiatus, poterat diuinum officium non recitare, bibliopolam adit; vendit illi breuiarum ea conditione, vt, si intra definitum horarum interuallum suos illi nummos reddat, continuo (non enim iusto pretio sibi librum bibliopola compararat) breuiarum etiam reddat; tunc ad socios confestim regreditur, persolutaque mercede, omnes simul in xenodochium contendunt; in quo duo iam ex aliis erant, qui paulo ante venerant, omnesque (vnum modo excipias, qui in hospitali pauperum domo relictus fuit) diuisi per vrbis plateas ostiatim eleemosynam petunt.

Hic vnus de sociis, stipem cogens, non procul aspexit alterum



in foro nudis pedibus, erecta ad genua veste, inter venientes faeminas mendicantem, et ab hac raphanum, ab illa pomum, ab aliis denique similia cum summa animi demissione accipientem. Deinde, cum eiusdem paupertatem humilitatemque quadam ex parte, et ex altera ipsius eximiam eruditionem, singularemque doctrinam copulatam cum egregio ingenio, aliisque animi ornamentis<sup>26</sup>, quibus nomen sibi et gloriam comparare potuisset apud homines, considerare coepisset, non potuit non vehementer admirari, ingentique animi commotione, atque affectu, qui nec literis nec verbis potest exprimi, incredibiliter affici. Qua consideratione pater ille similibus in euentis vti consueuerat, eosque ex illa colligebat fructus, manifeste vt intelligeret indignum se penitus esse tam sancta hominum societate et congressu<sup>27</sup>. Iam vero quo frequentius huic se considerationi dabat, eo magis in se augeri sentiebat et deuotionem et reuerentiam, huiusmodi Dei seruis merito exhibendam.

Sed, vt ad narrationis contextum reuertamur, eo die adeo copiosa sociis erogata est eleemosyna, ut non solum omnes simul hilari frugalique pauperum victu suam depulerint famem, verum etiam habuerint vnde oppignoratam redimerent breuiarium.

Tandem ad augustam Dominae lauretanae aedem peruentum est; in qua cum duos tresue dies in piarum rerum commentationibus et orationibus fundendis consumpsissent, Romam contendunt. Grauiissimos in hoc itinere labores, frequentes imbres, paenosaque itinera habuerunt; acciditque vt diem vnum, qui ieiunio transigebatur, socii tres, sine vlllo cibo, madidi, et luti-lenti totum ambulando consumerent; jamque obscura et tenebri-cosa nocte, quando corrogare stipem non licebat, ad oppidum vel castrum Tolentinum accederent. Quod dum ingrederentur

<sup>26</sup> BARTOLI, loc. cit., n. 32, ait: «considerando la nobiltà, le ricchezze del secolo e i gran talenti di lettere e d'ingegno»; quae quidem ex Rodericii commentario non eruuntur.

<sup>27</sup> Haec omnia, ut patet, de ipso Rodericio intelligenda sunt, quamvis ipse, modestiae causa, in tertia persona de se ipso loquatur. Alterum autem socium hic commemoratum Lainium fuisse ait TELLES, *Chron.*, I, 23. Idem existimat BOERO, eique socium adjungit Xaverium, in *Vita del P. Giacomo Lainez*, pag. 16.





**QUESTA PAGINA É BLOCCATA AI MEMBRI GRATUITI**

Diventa un membro per sbloccare questa pagina web

**RISPARMIA \$3,999,994**

Sapevi che vendiamo anche libri in edizione economica?

Acquistare l'intero catalogo di libri in edizione economica costerebbe oltre \$4.000.000.

Accedi a tutto per \$8.99 al mese

\*Politica di equo utilizzo

**Continua**



tores; et, vt habitum exuerent, Urbem ingressos. At patres interrogantibus quorsum Romam intrassent, respondebant, religionis causa, vt ecclesias, piaeque Romae vrbis loca inuiserent; quod opere praestabant. Cum omnibus de diuinis rebus communicabant, alebanturque ex iis, quae ostiatim cogebant. Unde curiales aliqui hispani, viri quidem opulenti, bonam de nostri opinionem imbiberunt; et tam hispanos quam gallos in hospitium divi Iacobi receperunt, asserentes neque sibi, neque vero Hispaniae suae futurum honorem, si eos homines ostiatim cogere eleemosynam permetterent; atque adeo illis deinceps necessaria semper in cibum tenuem, sed sufficientem, suppeditarunt patribus, quo melius sacra illa et religiosa loca perlustrare possent, minime recusantibus.

Romae per hosce dies doctor quidam parisiensis, natione hispanus, nomine Petrus Ortizius, litteris et virtute insignis, a Carolo 5.<sup>o</sup> in Urbem missum [Sic.], apud summum pontificem quaedam agebat negotia. Hic vbi socios Romam ingressos cognovit, adit summum pontificem Paulum 3.<sup>m</sup>, significatque novem theologos parisienses (Venetiis enim Ignatius remanserat) Romae esse, qui sui magnam concitarent spem, quique paupertatis observantissimi Hierosolymam nauigare decernerent: «Et tu illos, respondit pontifex, ad me crastina die adducito: dabis praeterea operam, vt alii adsint theologi; pergratum enim mihi erit, inter prandendum, homines de proposita aliqua theologica quaestione disputantes audire.» Imperata facit Ortizius. Destinata die praesto sunt socii, atque coram pontifice maximo 20v prandente, multi, qui eius mensam iam circunstabant theologi, modo ex hoc, modo ex illo patre aliquid de theologis rebus sciscitantur. Post disputationem pontifex, vt prae se ferebat, laetus surrexit e mensa et contentus. Socii continuo ad surgentis pedes deuoluuntur; cumque iam pedem omnes essent exosculati, romanus pontifex patris brachiis, quasi simul omnes amplecti vellet, latine sic est loquutus: «Magnam iucunditatem, magnam animo percipio laetitiam, cum hanc litterarum eruditionem cum tanta video animi demissione coniunctam: si quid vobis, quod ad me attineat, opus erit, libens concedam.» Nos, inquiunt illi, tantummodo



benedictionem ac facultatem abeundi Hierosolymam suppliciter postulamus. «Hanc ego vobis, adiecit pontifex, libenter largior; credo tamen Hierosolymam vos minime venturos; quae vel sunt a pontifice dicta, quia venetos moliri arma sciebat contra turcas, vt paulo post contigit, vel quia erat pontifex anni illius<sup>19</sup>. Atque ita ab eo dimissi sunt. Sociis item, qui sacris initiati nondum erant, liberaliter facta est potestas suscipiendi sacros ordines per tres dies festos, etiam a quocunque antistite<sup>f</sup>; habita eorum literatura pro sufficienti patrimonio. Bis praeterea a pontifice sponte sua, rogante nemine, pecuniam acceperunt; et ab aliis hispanis: vnde summa<sup>g</sup> coacta est ducatorum decem supra ducentos in sumptus faciendos, tam pro mercede danda nauiculario, a quo transuehendi erant vsque Ioppen, quam pro aliis vectigalibus Turcae soluendis. Haec vero pecunia Venetias per litteras a mercatoribus est absque lucro traiecta: eaque postea, ablata omni spe Hierosolymam nauigandi, iterum, et summo pontifici, et reliquis hispanis opera Ortizii reddita est. Quod factum admiratus pontifex, pecuniam non accepit; nec vero patres ea vsi sunt.

¶ Statueram hic finem facere; nam quae deinceps scribenda sunt, et notiora esse, et ab alio iam scripta non me praeterit<sup>20</sup>. Nihilominus carptim aliqua, quae vel non sunt omnibus satis explorata, vel certe non ita adamussim, vt aiunt, enucleata, perscribam.

Reuersi iterum Venetias, et ad sua illa xenodochia cum magna omnium laetitia et gaudio excepti, ac paulo post ad pedes cuiusdam episcopi, sedis apostolicae apud venetos legati, paupertatis castitatisque votis pie nuncupatis, initiati sunt sacris Pater Ignatius, Franciscus Xauier, Iacobus Laynes, Alfonsus Salmeron, Joannes Codurius, Nicolaus Bobadilla, Simon Rodericus, sacerdotique dignitatem consequuti sunt ipso die diui

---

<sup>f</sup> antistete ms. —<sup>g</sup> suma ms.

<sup>19</sup> Id est: vel quia divino numine afflatus haec praedixit, sicut olim Caiphas mortem Christi praenuntiavit, ut habetur apud JOAN., XI, 51.

<sup>20</sup> Scripta quidem fuerant et a P. RIBADENEIRA in *Vita P. Ignatii*; et a POLANCO, in *Chronico*.



Joannis Baptistae ab episcopo arbensi; qui postea, cum aliquibus agens, nunquam tanta se animi laetitia, tantave consolatione ordines contulisse ingenue fatebatur.

Interea dum se ad nauigandum parant socii, certus dispersus est rumor futuri belli; nanque venetos cum Paulo 3.<sup>o</sup> summo pontifice et Carolo 5.<sup>o</sup> imperatore aduersus turcas conspirasse, fama erat constans. Patres igitur, cum omnis spes eo anno nauigandi ipsis sublata esset propter bellorum tumultum, integrum alium, quo voti praestarent religionem, fidemque liberarent suam, expectare decreuerunt. Interimque vt melius se ad prima peragenda sacra compararent, animo occupationibus vacuo, rerumque caelestium commentationibus <sup>h</sup>, atque orationi intento, in loca sola et remota ab hominum concursu bini aut terni secedere constituunt. Quod sane in ditione veneta factum est. Cum enim viros, qui gnari erant huiusmodi locorum, consulissent, illi Vincentiam, Taruisium <sup>i</sup>, Bassanum, Veronam, Montem Celsium loca esse **2lv** apprime opportuna ad solitudinem et diuinas res tractandas iudicarunt.

Sorte igitur Patres Nicolaus Bobadilla et Paschasius Broëtus Veronam, Pater Ignatius, Faber et Laynes Vincentiam contendunt; hic in coenobium extra urbem, bellorum turbine olim euersum, solum, desertum, foribus reuulsis, sublatisque fenestris se recipiunt, et comportata aliquantula palearum copia, humum ad cubandum sternunt, atque ostiatim eleemosynam emendicant.

Pater Claudius Jayus et Simon Rodericus, Bassanum sortiti, in aedicula quadam virum solitarium, aetate iam prouectum, eximia sanctitate, in illaque uiuendi ratione iandiu exercitatum cum duobus sociis, inueniunt. Senex, quanuis antea firmiter statuisset neminem in suum consortium se recepturum, ideo quod aliqui, quos receperat, votis suis non respondissent; nihilominus nostros amice excepit, suis significans comitibus non potuisse se non eos admittere; dicebat enim bonus ille senex: «Animum ita facilem, ita propitium erga illos, ita affectum ac promptum ad eos

<sup>h</sup> comentationibus *ms.* —<sup>i</sup> Taurisium *ms. hic et infra.*





**QUESTA PAGINA É BLOCCATA AI MEMBRI GRATUITI**

Diventa un membro per sbloccare questa pagina web

# **IMMERGITI NELLA FANTASIA, NELLA MAGIA, NELLA MITOLOGIA E NEL FOLCLORE**

La membership completa a  
Forgotten Books da accesso a  
484.473 libri antichi e moderni,  
di genere fiction e non-fiction.

**Continua**

\*Politica di equo utilizzo



misse, ita diligenter se se reliqui subiiciebant, ut non sponte, s. voti vinculo constricti obtemperare viderentur. Deinde cum iam omnes Romae essent simul, iudicarunt potestatem illam in mensem extendendam; quod sane duravit ad electionem Patris Ignatii in generalem; qui etiamsi toto elapso tempore, ut alii omnes pareret diligentissime; caeteri tamen eum semper peculiari quadam reuerentia colendum, atque obseruandum iudicarunt.

Nondum illud erat tempus exactum, quod solitudini dandum patres destinarant, cum Vincentiam omnes ad Ignatium conuenerunt, ut cum eo statuerent, quibus in rebus reliquum tempus, ante hierosolymitanam nauigationem, impendendum foret. Domicilium omnes simul collocarunt in diruto illo coenobio: ubi patres in cubiculo, paleis fere toto constrato, somnum capere; de nocte fenestram fragmentis vetustorum laterum occludere; ea, ut luci pateret aditus, de die remouere (nam ianua sine vllis omnino valuis perpetuo patebat); victu ostiatim, ut moris erat, emendicato tolerare vitam; aliquando etiam in plateis solebant habere conciones.

**22v** Aliqui sociorum hic primum rem diuinam fecerunt: sed Pater Ignatius postea primum Missae sacrum Romae peregit; Paterque alius similiter Ferrariae. Duo in morbum inciderunt, admissique in xenodochium incurabilium, lectum vnum sortiti sunt, angustum adeo, vix ut eos caperet; vnde patiendi non leuem habebant occasionem. Saepe enim accidebat, ut alter, febris aestuans, sindones ac lodices cuperet remouere; alter uero, frigoris vi correptus, se iisdem fouere optaret. Verum quisque, ut alteri cederet eiusque commoditati potius consuleret quam suae, laborem perlibenter subibat.

In uasta igitur huius xenodochii domo, paupere, et ventis peruia, seiuncta tamen ab incurabilium domicilio, humanis rebus fere destituti iacebant hi patres, cum nocte quadam alteri ex illis <sup>52</sup>, qui se vigilare credebat, diuus Hieronymus, cui ille multum erat deditus, specie graui, venerabili, et multum colenda, apparuit, illumque verbis amicissimis consolans: «Tu, in-

<sup>52</sup> Francisto Xaverio, Cf. ORLANDINUM, *Hist. Soc. J.*, part. I, lib. II, n. 22.



quit, **B**ononiae hiemem perages, multisque laborum procellis **i**actabere; quod reuera contigit; ibi enim incidit in quartanam **v**ehementissimam, et ex frigore, paupertate, ac rerum omnium **i**ndigentia illum pallorem, illam contraxit maciem, ita mutatus est ab illo qui fuerat, vt non viuum hominem, sed cadaueris re-**f**erre simulachrum videretur. Itaque ipsum ego postea Romae **c**um vidi, ita macrum, exilem, et pene exhaustum, existimaui **f**ieri non posse, vt pristinam recuperaret salutis integritatem, **p**ristinasque vires; imo ad nullam laboris exercitationem prorsus **v**tilem fore mihi propemodum persuasi. « Ex aliis vero sociis, ad-**d**it Hieronymus, quidam Romam, Patauium alii concedent, non-**n**ullis Ferraria, aliquibus obuient Senae. » His autem duobus **p**atribus in xenodochio laborantibus et absentibus, reliqui socii, **q**uod ipsis contigisset, nescientes, decreuerunt, vt Pater Igna-**t**ius, Faber et Laynez Romam; Senas Pater Salmeron et Pascha-**s**ius Broëtus, Bononiam Franciscus Xauier, qui quartana ibi **l**aborauit, et Nicolaus Bobadilla; Pater Claudius Iayus et Simon **r**odericus Ferrariam adirent; Patauium obtigit Ioanni Codurio et Hosio, de quo iam ante.

Caeterum priusquam in has vrbes decessio fieret, nonnulli **p**atres in suas illas solitarias aediculas reuerterunt, vt impen-**d**endum solitudini tempus, in desertis illis locis, totum exige-**r**ent. Quo demum peracto, in sua omnes oppida, quo diximus **o**rdine, sunt profecti. Et quidem fere cuncti in xenodochiis, vel **i**n locis, vbi appositum magis et conueniens putabatur, suum **p**onentes domicilium, cibo in diem ostiatim emendicato, in sum-**m**a inopia (nec enim panis ipse sufficiens ad victitandum dabatur) **v**itam alebant; jamque in templis, iamque in ipso foro, homines **a**d flagitia detestanda, ad mandata Dei et Ecclesiae obseruanda, **a**d frequentanda sacrosanctae eucharistiae confessionisque sa-**c**ramenta, quae iam pene consenuerant, et quasi sempiterna **o**bliuione obruta iacebant, vehementer adhortantes concionaban-**t**ur. Horum autem sacramentorum instauratione et renouatione **p**ermulti in meliorum [*Sic.*] vitae frugem se receperunt, prauis **a**nteactae vitae moribus nuntium vere remittentes, Deoque quam **m**aximas agebant gratias, tum propter inuentum absconditum



thesaurum, tum etiam propter praestantem salutaremque animarum saluti repertam medicinam. Quoniam vero res haec illa tempestate noua erat et inusitata, hominibus vniuersis magnam mouebat admirationem, illisque maximopere probabatur; praecipue cum patres omnium salutis procurandae studiosissimos, nullisque vigiliis, nullis laboribus, sibi denique non parcentes contemplantur. At socii, cum in vberes, quos clementissimus vineae Dominus colligebat fructus, oculos coniicerent, famem, frigora, caeterosque labores, quasi suauissima oblectamenta animorum, et singularia diuinae beneficentiae argumenta, reputabant. Deo igitur pro iis tot tantisque muneribus gratiae et laudes tribuantur immortales.

23v His occupationibus distenti socii, integram hyemem reliquamque temporis partem, qua perficiebatur annus, propter voti religionem integer omnino expectandus, in supra commemoratis vrbibus consumpserunt. In quibus omnibus existimo quidem, imo exploratum fere habeo, sociis multa digna relatu contigisse. Quae quoniam disiunctis tunc locis eramus, scire omnia non potui: quae autem cognoui, longinquitate temporis ita e memoria exciderunt, vt ea mandare litteris non ausim. Quaedam nihilominus breui narratiuncula concludam, quorum firmior adhuc memoria viget.

Patauii Codurius ac Hosius, quibus id oppidum obtigerat, cum magno ciuium emolumento, pietatis officia diligenter obibant, cum exhaustos ab Hosio labores diuina prouidentia debitis praemiis munerandos voluit. Res autem sic habuit. Cum iam multas ad patauinum populum conciones Hosius habuisset, ardentiori aliquando spiritu succensus, forum ipsum concionaturus adit, atque hac proposita sententia: «Vigilate et orate, quia nescitis, qua hora Dominus vester venturus sit», multa acri concitataque oratione et incredibili animi flagrantia dicit. Verum enim vero confestim, aut certe propediem, in eum incidit morbum, ex quo in pauperum hospicio supremum vitae diem morte confecit. Iam vero eius animam, vt ex certis nostrorum hominum sermonibus cognoui, Pater Ignatius, qui tuñc in monte Cassinate, negotio nescio quo districtus, morabatur, in caelum, singulari





**QUESTA PAGINA É BLOCCATA AI MEMBRI GRATUITI**

Diventa un membro per sbloccare questa pagina web

**RISPARMIA \$3,999,994**

Sapevi che vendiamo anche libri in edizione economica?

Acquistare l'intero catalogo di libri in edizione economica costerebbe oltre \$4.000.000.

Accedi a tutto per \$8.99 al mese

\*Politica di equo utilizzo

**Continua**



tractatus. Atqui vir ille pius patris consuetudine ac sermonibus vsque adeo profecerat, vt iusiurandum ille postea saepius dederit, **24v** annum agi iam, quo abstinuisset ab amica, quam intra domesticos parietes familiarissimam iamdudum habebat, et ex qua prolem etiam susceperat. Sed neque id socii satis esse arbitrati, hominem impellunt, domo vt dimittat, ac honeste locet; quod ita plane factum est.

Dum autem alter iactabatur aegritudine, alter et laborantis socii saluti, et proximorum profectui sedulo inuigilabat. Diuertebat porro aliis in aedibus, et a generosa vidua et vere pia decenter alebatur, ac plurimis benevolentiae muneribus officiosissime cumulabatur. Huius enim viduae filius, vir sane grauis et doctoratus laurea insignis, ab ipsa summis votis poposcerat, cum in quandam religiosorum hominum familiam cooptandus discederet, vt suo deinceps loco patrem haberet. Alter tum etiam eiusdem viduae filius charissimus, qui non ita dudum e vita descuerat, dum extremum ederet spiritum, matri commendarat, vt probatissimae vitae patrem, cui ipse esset multo obstrictissimus, in filium quasi sufficeret.

Quanquam huiusmodi beneficentia et largitate parce admodum patres vtebantur, nec accipere amplius volebant, quam quae tenuissimo pauperum victui in dies singulos omnino necessaria iudicauissent. Unde cum in eorum discessu nobilis illa matrona, cuius iam in socios permulta officia extiterant, magnas ipsis viae impensas, atque itineris subsidia liberaliter offerret, nihil plane viatici se affirmant sumpturos. Urget honesta faemina, orat obnixe, vt a se saltem sudariola nescio quae velint accipere. Annuunt tandem patres, ne eius charitatis ac benevolentiae argumenta despiciere viderentur. Illa ergo sudariola parat; sed ecce clam et quasi furtim pecuniam iniicit, complicatisque ac obuolutis sudariolis diligenter obtegit; munus tum postea defert sociis, quasi leue et exiguum. Illi etsi honestae fraudis prorsus ignari, cum grata animi significatione donum accipiunt, et consalutatam faeminam **25** iam demum relinquunt. Venetiis postea in pauperum hospicio, dum sudariola explicarent, fraus omnis detecta est. Subito enim ad pedes pecunia decidit ac dispergi coepit.



Et certe experimento socii compererunt diuino prorsus consilio eum dolum accidisse, ut grauis ipsorum indigentia postea leuaretur.

Patauo igitur cum discessissent, non leuis in plerisque desiderii sensus est consequutus; quin etiam deterreri quidam urbis canonicus, vir clarus ac splendidus, omnino non potuit, quin patres etiam comitaretur. Nec ille sane mille forte passus ab vrbe dumtaxat processit, sed Venetias usque peruenit, atque inde Anchonam, Lauretum denique (et quidem, an cum famulo, non ausim affirmare) semper in patrum comitatu accessit. Mirabatur crebro is, quod totas socii noctes humi decumbentes transigaret, vitamque durissime tolerarent; querebaturque apud ipsos de sua mollitudine, atque illam vitae ipsam asperitatem veram esse felicitatem, quam ipse deposceret, saepius inculcabat. Atque haec quidem de Patauo succurrunt.

Alia in vrbe non modicas in primis difficultates per aliud sociorum exsorbuit, nec leuiter suae probitatis ac ardoris impressa vestigia reliquit. Nam ut ad susceptos labores veniam, certe grauissimas algoris et frigoris iniurias subierunt, caelique tunc nimium calamitosi vim miserabiliter tolerarunt. Bruma enim erat, intempestique dies, caelum pruinosum ac praegelidum, immoderati imbres, tempus perquam maxime nebulosum, cum in hac vrbe nostri fuerunt. Illi porro non alio commodius, sed in pauperrimum urbis xenodochium excipiuntur, quod videlicet terrea quaedam erat vastaque domus, nimio plus humida, ventisque circumflantibus peruia. Erat huius hospitalis domus iniuncta cura acriori cuidam **25v** vetulae, quae neminem vestitum tradere se lecto patiebatur; imo antequam ipsa cubitum iret singulos pauperes in suo conspectu cogebat vestibus et subucula se exuere, ut si qui vlcerosi forent, aut morbida vlla labe conspersi, alio transmigrarent; qui vero sani, depositis in remoto scamno vestibus, ne sindones pediculis lodicesque foedarentur, lecto sese committerent. Atque adeo nostri, quibus vnus tantum fuerat in pauperum hospitium lectus attributus, vestes exuere cogebantur, nudique in faeminae conspectu cubare. Quanquam, quoad fieri maxime poterat in arctissimis rerum angustiis, verenda honestis-



sime tegebant. In xenodochio illi primo exci-  
stim surgebant, ex excusso e silice igne lyc-  
bant, ac paupere cooperti vestitu matutinas  
aliisque piis per singulas noctes vacabant o  
autem haec, quae clam et in occulto a sociis  
observabat. Quin etiam patres tenui sustentat-  
tens, aliisque pauperibus christianam institu-  
inculcare, persuasit sibi homines esse summa-  
tos, quod et saepe postea cum eximia commet-  
uit. Nam clarissima et religiosissima Peschar  
tunc forte in hac vrbe agebat, profectio nem-  
ad sacra lustranda loca iam pridem etiam pau-  
non ancipiti sermone, sed certa narratione c  
religione et integritate. Atque cum hos duos s  
vrbis templo fuisset conspicata, ad alterum a  
hominemque rogavit, esset ne de illa parisien-  
rum societate, qui opportunitatem nauigandi l  
periri ferebantur? cumque id rescisset, vlti-  
apud quem diuerterent; quod vt cognouit, xer-  
absentibus, simulate adit; faeminam hospitalis  
rentem caute percontatur, qui qualesve sint so-  
amplissimisque verbis respondet: «Plane, inqu-  
corruptis moribus, inculpata vita, mira doctri-  
mendandi. Non ipsi edunt, non bibunt 26, to-  
preces fundunt; vidi ego, vidi ipsa saepe dum-  
tarer.» Quapropter a marchione cibum dein-  
illiusque opera in aliud commodius pauperum  
traducti: vbi et cubiculum habebant, et lectum  
ctes singulas, quo tenuiter quidem, sed paulo  
ctitabant. Quanta enim inedia ac rerum pene  
primum laborarint, longum profecto esset or-  
quamobrem ad alia gradum facio.

Extirpandis in vrbe vitiis instanter insudaba-  
conatus et cogitationes conferebant ad pietatis

---

j parisien. ms. — k Sic ms. In editione romana  
modius.





**QUESTA PAGINA É BLOCCATA AI MEMBRI GRATUITI**  
Diventa un membro per sbloccare questa pagina web

# IMMERGITI NELLA FANTASIA, NELLA MAGIA, NELLA MITOLOGIA E NEL FOLCLORE

La membership completa a  
Forgotten Books da accesso a  
484.473 libri antichi e moderni,  
di genere fiction e non-fiction.

**Continua**

\*Politica di equo utilizzo



—Illa vero,—conciuisti, ait, eorum lacrymas, qui te solum in cute cognoscunt; eas tu mihi, inquit, excita <sup>1</sup>, quae te intus iam pridem cognoui.—Concionator igitur sponsione facta, fidem obligat effecturum se, vt sequenti proxime concione eiulatum ipsa edat. Risit illa; sed ad destinatum diem, tanta vi ac impetu apud populum concionator egit, ut in omnium comploratione vel repugnantem faeminam ad maiorem ploratum et lamentationem compulerit. » Haec fere episcopus. «Iam igitur vos, inquit, uideritis multo, charissimi patres, an adumbratis religionis ac uirtutum simulachris facile fidendum sit.» Sed haec atque huiusmodi alia, quae patribus variis in oppidis acciderunt, praetereamus.

Decurso anno, quem ex voto ad nauigandum Hierosolymam expectare tenebantur, in diesque magis ac magis bello inter christianos turcasque inualescente, Romam patres ad Ignatium illic agentem conueniunt, summo pontifici omnes simul suarum rerum, vt statuerant, rationem reddituri; deque aliis rebus suo proposito, ac suis rationibus conducentibus, inter sese tractaturi. Interim pater Ignatius cum sociis Fabro et Layne in domo uineaque Quirini Garzonii, summa uirtute uiri, domicilium collocat <sup>24</sup>. Quoniam uero nonnulli in nostros bene affecti, reliquos socios uenturos Romam intellexerant, domum aliam amplio- rem locoque commodiorem in menses aliquot conduxerunt, Ignatio persuadentes, vt relicta antiqua, ab hominum frequentia et concursu <sup>27</sup> semota (erat enim non procul a coenobio sanctissimae Trinitatis sita), in hanc demigraret; quae et ad interiorem erat urbis partem, et ad ministeria Societatis magis appositae uidebatur.

His igitur acceptis aedibus, in eas tandem omnes post <sup>28</sup> Pascha congregantur. Etsi enim iam ante plerique suis ex oppidis accesserant; qui tamen Patauium patres tenuerant, serius conueniunt. Hinc ad concionandum, antequam sui propositi pontificem maximum facerent certiore, egrediebantur, modo in

<sup>1</sup> excito *ms.* — <sup>21</sup> pos *ms.*

<sup>24</sup> Cf. TACCHI VENTURI, *Le case abitate in Roma da S. Ignazio di Loiola*, pag. 8 et seqq.



diuersis templis, modo per publicas plateas incitando populum ad agendam commissorum<sup>a</sup> scelerum poenitentiam, ad beneficentissimum Deum summo amore complectendum, ad confessionis atque eucharistiae sacramenta frequentanda: ad quae romanus populus tanto desiderio ferebatur, vt tam multis ad ea venientibus vix possent omnes patres satisfacere.

Is tamen sociorum erat ardor, is feruor, vt cibi immemores, suiue penitus obliti, non nisi e templis reuersi hora prandii, recordarentur sumendum aliquid esse, quo corpora reficerent. Sed cum nihil repperirent, ad id cogendum vicitim, satis sane defatigati, tempore importuno et ad stipem colligendam minime accommodato, exhibant domo; summaque animorum laetitia hos omnes perferebant labores.

Duo item patres Romae in Sapientiae gymnasio theologiam profitebantur. Nam secretos variosque Scripturae sacrae sensus enodabat alter; alter scholasticae, vt vocant, theologiae quaestiones cum summo omnium applausu discutebat<sup>36</sup>, saepiusque a pontifice maximo euocati cum aliis eiusdem Sapientiae doctoribus, de variis difficilibusque rebus theologiae, ad mensam, cum pontificis erga nos singulari amoris significatione, concertabant.

Adeo autem per id tempus inauditum inusitatumque erat clericos suggestum ascendere, vt multi vehementi admiratione stupefacti dicerent: «Nos procul dubio putabamus a monachis solum haberi conciones posse.» Praeter solitas occupationes, quibus socii implicabantur, aliae tam multae rerum peculiarium se offerebant, vt communes iam et assuetae haberentur; quae cum infinitae prope<sup>27</sup> modum acciderint, scribi vix poterunt. Quam ob rem hoc labore supersedebo, praesertim cum ab alio iam hac de re aliquid litteris traditum sit. Illud vnum nihilominus epistolae nostrae inseram.

Hyeme quadam Romae adeo annona laboratum est, adeoque aspera et intolerabilia fuerunt frigora, vt pauperes passim per

<sup>a</sup> commissorum *ms.*

<sup>36</sup> «Patres Faber et Laynez, in academia, quam *Sapientiam* vocant, prior Scripturam sacram, posterior scholasticam Theologiam docuit.» POLANCUS *Vita Ignatii Loiolae, Chron.*, I, 63.



vicos plateasque frigoribus congla-  
ciarent, et fame enecti ani-  
mam de nocte exhalarent, omni humano praesidio destituti.  
Nemo enim illorum curam gerebat, nemo illos hospitio excipie-  
bat, nemo denique inueniebatur, qui miserorum calamitatibus  
commoueretur. Ergo patres, illorum misericordia permoti, et  
acerbissimo, quoad fieri posset, malo succurrerent, de nocte  
afflictos homines in plateis iacentes conquirere, domum perdu-  
cere, eorum lauare pedes, panis (quantum esset opus ad eorum  
vitam alendam) a piis viris corrogare, ligna ad excitandam ipsis  
pyram, foenum, quo humi in strato iacerent, diligenter compor-  
tare, demum rudes in christiana doctrina, et aliquot aliis oratio-  
nibus, quas cum scire tenerentur, prorsus ignorabant, sedulo  
informare. Mane autem pauperes ad stipem cogendam egredie-  
bantur, eorumque numerus ita aliquando creuit, ut ad trecentos  
quadringentosue accederent, domusque eos vix posset capere.  
Haec res magna populum admiratione affecit, nonnullosque  
praeclaros viros, rerum omnium abundantia circumfluentes, imo  
et cardinales ad simile studium pietatemque excitauit. Dicebant  
namque illi. «Eequid nos non pudet a pauperibus hominibus,  
quibus ne cibus quidem necessarius suppetit, illustrem adeo,  
adeo praeclaram et sanctam rem geri; a nobis autem, qui bono-  
rum copia redundamus, simile nihil agi?» Multa ergo hanc ob  
rem coacta pecunia, alium in locum ampliore translatis sunt  
patrum diligentia inopes, ubi solito melius tractabantur. Nec is  
tantum, qui per vicos et vias iacebant, pia nostrorum hominum  
cura subuenit; sed illis etiam, qui numero circiter duo mille va-  
riis dispersi aedibus, in summas redacti erant angustias. Iam  
vero Urbis gubernatores, com<sup>28</sup>portato frumento, sedulam ope-  
ram nauarunt ciuibus suis, ne annonae caritate premerentur; imo  
vero tanto periculo liberati in affluentia et frumenti et aliarum  
rerum facile et iucunde viuerent.

Antequam haec, quae supra " retuli, contigissent, dimigra-  
runt socii e conducta illa domo, locationis tempore peracto, in  
aliam, in qua, qui habitare vellet, nemo erat; vulgo enim lena





**QUESTA PAGINA É BLOCCATA AI MEMBRI GRATUITI**  
Diventa un membro per sbloccare questa pagina web

**RISPARMIA \$3,999,994**

Sapevi che vendiamo anche  
libri in edizione economica?

Acquistare l'intero  
catalogo di libri in edizione  
economica costerebbe  
oltre \$4.000.000.

Accedi a tutto per  
\$8.99 al mese

\*Politica di equo utilizzo

**Continua**



illis quidem in mentem vnquam venerit sacris vllis caeremoniis<sup>p</sup> lemures de more compellere, vt aedes relinquerent, nullosque amplius tumultus excitarent. Itaque iam ipsis larua illa terrifica ludibrio erat et despectui.

In his aedibus accidit, vt nocte quadam vnus de patribus<sup>37</sup>, e somno excitatus, magnis clamoribus in religiosa ac pia verba prorumperet, simulque naribus vim magnam sanguinis emitteret; rogatus ab aliis de re, tacuit: socii tamen, diabolum illius faucibus manus iniecisse, eumque suffocare nisum fuisse arbitrabantur: sed post dies aliquot, dum rem eandem ex ipso patre quidam sciscitaretur, respondit, somniasse tunc ad impuram se corporis uoluptatem trahi, et propter vehementem, quem ad resistendum adhibuerat conatum, tandem experrectum, copiam illam ingentem sanguinis effudisse.

Cum per id tempus nonnulli sacerdotes, egregia sane virtute praediti, pietatis studio incensi, nostris se coniungere vellent, rem prius socii ad summum pontificem deferendam censentes, illum conueniunt, significantque vix se ipsos posse, tum a multis aliis rebus, tum etiam a frequentibus confessionum occupationibus expedire: petunt deinde ab eo, sibi facultatem faciat admittendi eos, qui in suum numerum cooptari desiderarent. Pontifex aequum id sibi et gratum videri respondit, atque idcirco suam omnibus benedictionem se benigne impertire, neque posse non multum huiusmodi re delectari. Nullum patres diploma expediendum curarunt; et quia nondum pontifici maximo, quid animis molirentur, aperuerant; antequam sui propositi eum facerent certiozem, nonnulla prius, quae necessaria erant et postea in diplomate primae confirmationis Societatis, vt paulo post dicitur, adiecta sunt, multo diligentius meditari voluerunt.

Quaedam hisce diebus Romae excitata in nostros tempestas est, adeo grauis et vehemens, vt multi sibi persuaderent, imo asseuerare non dubitarent nostros homines igni comburendos, alii eos in vltimas terras exportandos, alii misere triremibus adiu-

<sup>p</sup> ceraemoniis *ms.*

<sup>37</sup> Franciscus Xaverius. Cf. *Monum. Ignat., Scripta de S. Ign.*, I pagg. 570, 571.



dicandos. Quibus minis et terroribus infestissimus humani generis hostis sacerdotes duos, qui paulo ante ad socios se adiunxerant, ex urbe concitatos in fugam compulit. Nec dubito quin huiusmodi spectris et laruis tentarit ille ipse hominum communis hostis socios ad Urbe abigere. At illi intrepidi nullam fugitiuorum sacerdotum rationem habuerunt, sed inanes deridebant uulgi rumores: si enim, dicebant, haeticos nos esse constiterit, incendio poenam luamus; sin autem innocentes iudicabimur, ea ipsa de re sententia feratur, vt nimirum omnibus compertum sit, nostram famam contra ius et aequum eleuari, falsoque ista nobis imponi. Quin etiam Paulo 3.<sup>o</sup> romano pontifici significarunt optare vehementer se, atque adeo demisse supplicare, vt constricti omnes vinculis 29v in custodiam darentur, interim, dum illatarum criminationum veritas omnino elucesceret, ne suspicari forte quispiam posset fugiendum ipsis esse, aut pedem extra Urbem ferendum. Neque enim fas est, aiebant, vt oscitantia nostra, aut incuria, labores ii, quos pro ecclesia suscipere decernimus, ad nihilum recidant, atque id, quod pietatis studium ac ardor coagmentauit, falsae quorundam hominum delationes dissipent, ac dissoluant. Ad haec summus pontifex: «Jam, inquit, abunde etiam in uestros mores inquisitum, iam mihi dilucide obtreptatorum calumnia patescit.»

Nam occulte pontifex, qui singulari omnia consilio et prudentia gerebat, sociorum vitam ac institutum iam examinandum curarat. Sed dum iis patres fluctibus ac procellis iactabantur, ne quis moliri eos fugam arbitraretur, Romae manere decreuerunt, tum vt pontifici maximo rationes rerum suarum explicarent, tum vt suis rebus consultius prospicerent: nec toto illo tempore quisquam alio concionandi, vel in vinea Domini laborandi gratia egressus est, sed omnes simul Romae, nulla facta disiunctione, perseuerarunt.

Atque vt a primis initiis et fundamentis huius calumniae capiamus exordium, res sic habet. His diebus Romae concionabatur Augustinus quidam pedemontanus, eloquens sane vir ex augustinianorum hominum familia, sed qui earum haeresum, quibus hodierna die complures desipiunt, romano populo latenter



pocula propinaret. Huic duo quidam hispani sacer<sup>30</sup>dotes, magna auctoritate magnisque opibus viri, atque in romana curia iamdiu versati, valde dediti erant, nostrosque homines similiter singulari amore complecti videbantur. Unde factum est, vt socii non dubitauerint eos admonere, ne illius monachi doctrinae consiliisque nimio opere fiderent. Illi, qui iam forte illo tempore aliquid illius veneni obbibissent, admonitionem adeo acerbe tulerunt, vt repente, ex amicis facti aduersarii, de nostrorum fama coeperint maledice detrahere, illis inuida aemulatione obtrectare, illos denique contumeliose insectari. Hinc iam improbissimis rumoribus dissipatis, passim dictitabatur, patres, haereseos damnatos, ex Hispania, Parisiis ac Venetiis fugisse.

Versabatur per id tempus in Urbe parisiensis scholasticus genere nauariensis, qui et famulus patris magistri Francisci Xaveris Lutetiae fuerat, in artium facultate vel mediocriter excoltus, theologiamque primoribus, vt aiunt, labris dumtaxat degustarat; sed parum is in recto consilio retinendo constans erat. Hic vbi socios Parisiis profectos Italiam versus contendisse cognouit, illos insequutus Venetiis offendit; ibi ab illis obnixepetit, vt in suam ipsum societatem numerumque adscribant. Patres, illius leuitatis conscii, id fieri posse omnino negant. Scholasticus deinde Romae ab spe societatis patrum omnino deiectus, dat se in amicitiam hispanorum sacerdotum; cum illis simul in nostros, quasi insaniens, sexcenta iacit convicia, eosque improbos esse homines asseuer<sup>30</sup>rare non veretur. Itaque, vt breuiter concludam, aliquod diebus transactis, dolisque detectis, nauariensis hic ab Urbis gubernatore calumniatoris crimine damnatus, quod inique patres notare ausus fuisset, ab Urbe demum relegatur. Hispani vero ambo in vincula coniecti, haereseos conuincuntur, et alterius, qui e custodia fugiens ab incendio se eripuerat, Romae est exusta statua; alter vero carceri in perpetuum addictus, sub vitae finem resipiscens, se a vero fidei ac religionis tramite deflexisse cognoscens, acerbe quidem ac dolenter anteacta facinora detestatus est; tandemque a quodam nostro patre in extremo vitae conflictu pie adiutus, diem obiuit. Augustinus autem ille pedemontanus, quia manifeste deprehensum est eum





**QUESTA PAGINA É BLOCCATA AI MEMBRI GRATUITI**

Diventa un membro per sbloccare questa pagina web

# IMMERGITI NELLA FANTASIA, NELLA MAGIA, NELLA MITOLOGIA E NEL FOLCLORE

La membership completa a  
Forgotten Books da accesso a  
484.473 libri antichi e moderni,  
di genere fiction e non-fiction.

**Continua**

\*Politica di equo utilizzo



